DISPVTATIO IVRIDICO-PRACTICA,
DE

# ABSVRDO,

GERMANICE:

**Von dem, was ſowohl die Richter, als auch die Advocaten, jezuweilen widerrechtliches und ungereymtes vorbringen.**

QVAM

PRAESIDE

**PETRO MÜLLERO, ICTO,**

CONSILIARIO SAXONICO, PANDECTARVM PROFESSORE, CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE, AC COLLEGII IVRIDICI DECANO,

D. NOVEMBR. CIↃ IↃ CLXXXVII.

*IN AVDITORIO ICTORVM*

VENTILANDAM PROPONIT

AVTOR

**IO. GODOFR. VOGEL,**

HAYN. MISNICVS.

*IENAE,*

REC. LITTERIS IO. BERNH. HELLERI,

CIↃ IↃ CCXXXVII.

Digitized by Google

*I. N. D. N. J. C.*

# PRAELOQVIVM.

PRæfationum tam utilitatem, quam neceſſitatem ſcite exprimit Cajus *in l. 1. ff. d. O. J.* Iſtæ præfationes, inquiens, & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt, evidentioremque præſtant intellectum. Ut proinde de abſurdo verba facturis apprime id quoque negotium detur, ne illotis, quod vulgo dici ſolet, manibus rem aggrediamur. Nec dicendi materia è longinquo petenda eſt. Ulpiano enim autore in *l. 1. ff. d. reb. cred.* è re eſt, priusquam ad verborum interpretationem deveniatur, de ſignificatione ipſius tituli agere. Titulus autem præſentis diſſertationis, ceu inſpicienti liquet, inſcriptus eſt de abſurdo. Igitur Ulpiano jubente rubrum prius explicandum erit, & abſurdi notio paulo curatius evolvenda, quod commodiſſime fieri poterit, ſi recepta methodo prius de Etymologia diſpiciamus exemplum ejusdem Ulpiani in



Digitized by Google

*l. 1. pr. d. l.* & *l.* ſecuti. Quoniam vero, quod latinis abſurdum audit, à Græcis ἄτοπον appellitatur, derivatio hujus vocis non ſolum ex Latio, ſed ex Græcia quoque petenda eſt. Latina vox non inconcinne à præpoſitione ab & adjectivo ſurdus derivatur, ut abſurdum idem ſit, ac à ſurdo profectum, ita, cum illud plerumque abſurdum ſit. Græcum vocabulum ἄτοπον deſcendere videtur ab à privandi particula, & τόπῳ ſeu loco, quia ex nullo argumentandi loco probari poteſt, Micrælius *lexic. philoſ. verb. abſurdum.* Etymologiæ ſuccedit ſynonymia. Variis namque emblematibus non ſolum à Philoſophis & Claſſicis Autoribus, ſed & JCtis enunciatur, quando pravum, ineptum, Ter. *in Adelph. act. 5. ſcen. 8. abſonum, diſpar, diverſum, abhorrens, inconveniens, odioſum, iniquum, ſtultum, deforme*, in quo neque ratio neque æquitas militat, ſed ex quo omne malum aptum natum eſt, provenire dicitur. Simon de Prætis *d. interp. ult. volunt. lib. 1. ſolut. 4. n. 5. p. m. 49.* Nicol. Everh. *loc. top. legal. ab abſurdo.* D. Richt. *cent. Reg. 1. n. 1.* & *in tract. d. Adverbiis, voce abſurde.* Huc ſpectant etiam Græca, quibus inſignitur, nomina. Quorum frequentiora ſunt τὸ ἄλογον, & παράδοξον. Quamvis enim vox ἄλογον proprie rebus ratione deſtitutis

compe-

Digitized by Google

competat, teſte Ariſtotele *lib. de interpret. c. 13. part.10.* add. Hœckeri *clav. philoſoph. verb.* ἄλογος, δύναμις; attamen à Platone *in Apolog. Socrat.* eo quoque ſenſu uſurpatur, quo abſurdum denotat. Deinde Ariſtoteli quidem Rhetor. 2. & Ariſtophani apud Hœckerum *d. l. verb.* παράδοξα, παράδοξα proferre, eſt, talia dicere, quæ ſunt abſurda, ridicula, & contra omnium opinionem & ſententiam. Conf. B. Stahl. *Inſt. Logic. lib. 6. c. 2. §. 10.* Certum tamen eſt paradoxa proprie ea ſignificare, quæ ſunt admirabilia, vid. Juven. *ſatyr. 8. verſ. 184.* & præter opinionem accidunt, ſive vera ſint, ſive falſa, quemadmodum Cicero quoque in paradoxis hunc terminum accipit.

Abſurdum vero teſte Micrælio *d. l.* eſt aſſertio falſa, contra orationem veram, add. Joh. à Felden *ad Grot. 2. c. 16. §. 22.* Rennem. *Jurispr. in proleg. Diſp. 16. th. 21.* Leges noſtræ Juſtinianeæ in exprimendo abſurdo non minus varie id efferunt. Sortitur mox appellationem inhumani, *l. 6. §. 3. d. his qui not. inf.* mox monſtroſi, *§. 4. Inſt. d. adopt.* mox ridiculi, *pr. Inſt. d. vi bon. rapt.* & ſi quæ ſunt ſimilia.

Ut itaque JCtis omne illud abſurdum dicatur, quodcunque bonis moribus, juri & æquitati naturali, aliisve juris principiis adverſatur. Quo ſenſu inpræſentiarum quoque accipitur. Quibus ita poſitis cum Imperatore in *l. 2. C. de Præfect. Prætor. Africæ.* in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad ipſam Diſputationis, de abſurdo, telam pertexendam progredior. Sit itaque

## CONCLVSIO I.

*Argumentum ab abſurdo validum eſt in Jure.*

### DECLARATIO.

TAnta hujus aſſerti veritas eſt, ut abſurdus eſſe videatur, qui eandem deſtruere conetur. Tot enim magni nominis JCti non tam comprobant, quam extollunt potius, quos numero innumero congeſſit Franc. Vivius *Dec. 255. n. 2.* quibus addas Franc. Mantic. *d. Con. Ultim. Volunt. l. 3. t. 7. n. 1. & 2.* Hieron. Schurf. *cent. 1. conſ. 99.* Everhard. *loc. arg. legal. ab abſurdo.* Otton. Philipp. Zepper. *cynoſur. legal. cap. 34. n. 8. & 17.* Card. Tuſch. *concl. pract. lit. A. concl. 65. & 66.* Auguſt. Barboſa *theſaur. loc. comm. ibique* Joh. Otto Tabor. Reink. *d. R. S. & Eccl. 1. claſſ. cap. 8. n. 111.* & plures alios, quorum autoritates, pro re nata, in ſubſequentibus laudandæ ſunt pagellis. Et ne autoritatibus ſolum, ſed & legibus & rationibus pugnemus, operæ pretium eſt, ſtruere concluſioni noſtræ fundamentum. Rationem ſubminiſtrat Thomas de Thomaſettis. *flor. leg. reg. 43.* quod abſurdum ſemper evitandum ſit, per *l. conventicula 10. C. de Epiſc. & Cler.* Leges quibus theſis noſtra firmari poſſet, hic cumulare incongruum videtur, cum partim reliqua noſtra tractatio, partim jam addendæ lineolæ, easdem oſtendant. Convertimus potius orationem ad modum declarandi per exempla & ampliationem. Exempli vicem ſubit donatio Italiæ *à Conſtantino M. in Pontificem Sylveſtrum translatæ*, docentibus ita pontificiis plerisque. Covarruv. *Var. reſolut. cap. 16. n. 9.* quam tamen abſur-

dum

dum vocat Reink. *d. R. S. & E. 1. claſſ. 2. cap. 8. num. 65. ſeqq.* propter antimoniam canonum; In *can.* enim *14. diſt. 96.* donatio hæc Sylveſtro, *in can. 15. cauſ. 12. quæſt. 1.* Melchidi adſcribitur, & quia etiam poſt Conſtantinum M. Romæ leges latæ ſunt. *l. 31. C. ad L. Jul. d. Adult.*

Per *ampliationem* theſis noſtra (1.) declaratur in *Codice Sacro*, ubi monente Zeppero *d. l. n. 18.* ipſe Spiritus Sanctus argumentum ab abſurdo deſumptum non dedignatur, ſed *1. Corinth. 11.* graviſſimum reſurrectionis mortuorum articulum poſt alia argumentorum momenta ita ſtabilit, ut inductione variorum abſurdorum, quæ ex non credita reſurrectione propullulant, demonſtret, eandem certo futuram eſſe, ceu oſtendit *v. 13. ſeqq.* (2.) *In lumine naturæ ſeu jure naturæ.* Solent enim Doctores gravitatem hujus argumenti & valorem inde quoque ſtatuminare, quod illud ex diſcretione naturali deducatur, teſte poſt Bald. *d l. 15. C. d. Epiſc. & Cler.* Mantic. *d. l. n. 2.* & Everh. *d. l. n. 1.* veluti clarius eloquitur Tuſch. *d. concl. 66. num. 36.* quod abſurditas evitetur eſt de Jure Naturali, quod non poteſt tolli vel mutari. (3.) *Canonum* quoque conditores hac argumentandi ratione utuntur. Sic Innocentius III. *cap. 5. X. d. except.* abſurdum dicit, ſi actore impugnante, reo defenſionis copia denegetur, quia ſic condemnaretur multoties abſolvendus. Gregor. IX. *cap. 55. X. d. Elect. & elect. poteſt.* irritam & inanem & ſic abſurdam pronunciat electionem, & non à majore parte capituli factam. It. *in cap. 16. X. d. Judæis*, ita infertur: quia nimis abſurdum eſt, blasphemum Chriſti in Chriſtianos poteſtatem exercere, hinc Judæi Chriſtianis in publicis officiis non ſunt præferendi, Conf. interim Roland. Valle. *vol. 3. conf. 25. num. 17.* Ejus valoris argumenta plura, qui deſide-

Digitized by Google

deſiderat, adeat *cap. 4. X. d. Offic. Vicar. & cap. 5. X. d. immunit. Eccl.* (4.) *Juſtinianeum quoque jus* non ſpernit argumentum ab abſurdo, liceat unum vel alterum locum huc trahere. Imperator Juſtinus *in l. 5. C. d. Auth. præſt.* ita colligit: Quia abſurdum eſt ſolvi tutelam non conſentiente, ſed forſitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus, ſequitur, quod in illis, quibus ſolvitur ipſa tutela, requitatur conſenſus omnium tutorum, ſi pupillus plures habeat. Vid. inf. *concl. 10.* Cum quo amice conſpirat Juſtinianus duplici argumento. Quando enim negare vult hominem in fructu eſſe, ab abſurditate argumentum deſumit hunc in modum: Abſurdum videbatur hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura hominis gratia comparavit §. 37. *Inſt. d. R. D.* add. *concl. 11.* Et in §. 4. *Inſt. d. adopt.* hanc propoſitionem: Minor natu majorem adoptare nequit, probaturus, nititur hoc argumento: quia pro monſtro (i. e. abſurdum) eſt, ut major ſit filius quam pater. conſ. *concl. 9.* Et quæ ſunt ſexcenta alia, quæ brevitatis amore ſequentibus conſecramus paginis.

Cum autem nulla ſit regula tam firma, quæ exceptionem non patitur, eandem quoque cenſuram incurrit noſtra concluſio, quæ ſuum perdit officium, dum aliquando argumentum ab abſurdo procedit negative & privative, ſed non affirmative, quod fere in tribus caſibus contingit, (1.) ſi majus abſurdum ſequatur *l. 200. d. R. J.* Thomas de Thomaſ. *d. l.* Everh. *d. l. n. ult.* Jacob. Menoch. *l. 4. conſ. 327. n. 66.* Caſum in terminis nobis exhibet Julianus in *l. 51. §. 1. ad L. Aquil.* ſcilicet Titius Sempronii ſervum lethifere vulneraverat, ex quo vulnere tamen non ſtatim obiit, ſed aliquot diebus ſuperſtes, à Mævio hæres

hæres inſtitutus, paulo poſt à Sejo uno ictu confectus eſt, quæſtio igitur ſuboritur: an alteruter, an vero uterque teneatur L. Aquila? Videntur inter ſe committi Celſus *in l. 11. §. 3. ad L. Aquil.* & Julianus *in d. l. 51. §. 1. eod.* Ille Titium de vulnerato, Sejum de occiſo, Julianus vero utrumque de occiſo teneri aſſerit. Diſtinguunt communiter inter vulnus ſimpliciter lethale & ex quo certo mors ſequitur, & inter vulnus non abſolute tale, & ex quo mors quidem ſequi poſſet, non tamen neceſſario. De priore Julianus, de poſteriore Celſus exaudiendus erit, vid. Buſius *ad l. 11. ff. d. t. n. 12. ſeqq.* Weſenb. *ad ff. part. 1. diſp. 12. th. 14.* Zœſ. *ad ff. d. t. n. 22.* Conf. Brunn. *ad d. l. 11. & 51.* Quicquid ſit, inde tamen apparet argumentum ab abſurdo exulare in præſenti caſu, quia monente ipſo Juliano, abſurdius conſtituitur, ſi quis ipſius ſententiam tanquam abſurdam indiſcriminatim rejiciat, Celſi vero promiſcue eligat, addita hac ratione, quod alias impunita maneant maleficia contra *l. 14. C. d. pœn.* nec facile conſtitui poſſit, uter potius lege teneatur. Ejuſdem *l. 51. ad Aquil.* argumento utitur Hippolitus Riminaldus *l. 3. conſ. 630. n. 39.* demonſtraturus, cauponem, licet Dominus ſit tabernæ, ex eadem tamen expelli poſſe, ſi artis cauponariæ imperitus ſit, addita ratione, quod omnis ad officium inidoneus reprobari poſſit. *arg. l. 11. §. 3. d. muner. & honor.* Et licet hoc abſurdum ab initio videatur, longe tamen abſurdius eſt, domino tabernæ imperito concedere, ut peregrinantes lædantur, iisque non ſolum, ſed & reipublicæ damnum inferatur, (2) ſi oſtendi poteſt, abſurditatem abeſſe, & caſum, de quo agitur, non ſolum æquitatem continere potius, ſed & diverſam & ab inhumanitate alienum eſſe. Rom. *conſ. 238.* (3) quando ad aliud deventum eſt tempus,



Digitized by Google

quo ex abſurdo & iniquo rationi conſentaneum & æquum factum eſt, per ea, quæ tradit Simon. de Pratis, *d. Interpret. ult. volunt. lib. 1. ſolut. 4. n. 9.*

## CONCLVSIO II.

*Argumentum à contrario ſenſu jura non admittunt, ſi ſequatur exinde abſurdum.*

### DECLARATIO.

VAria argumentandi genera à Logicis in jurisprudentiæ noſtræ caſtra tranſeunt. Ipſe Carol. V. *in Nemeſi ſua art. 24. & 53.* commendat argumentum à ſimilibus petitum, Steph. *Dialect. Jur. 2. loc. 94.* Nec infrequens multo minus incognitum eſt Juribus argumentum à majori ad minus Tuſch. *lit. A. concl. 502.* Magnif. Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 2. th. 15.* & quid aliud volui in concluſione præcedanea, quam maximum & inſignem argumenti ab abſurdo in jure noſtro uſum oſtendere. Tempus autem deficeret enarrantem omnes argumentandi rationes à Logicis petitas, inque noſtra civili prudentia receptas. Concluſio ipſa his verbis præfixa, argumento eſt, dum genuinam quaſi legibus argumentationem præ ſe fert. Quid quod uno ore, unoque calculo commendant jurium Doctores argumentum à contrario ſenſu, illudque firmiſſimum deprædicant, vid. Roland. à Vall. *vol. 1. conſ. 91. n. 14.* Modeſt. Piſtor. *p. 4. quæſt. 138. n. 17.* Ludov. Roman. *conſ. 399.* Tuſch. *d. l. concl. 498.* Zanger. *d. except. p 3. c. 8. n. 93.* Taceo jam, quod ipſæ leges Civiles hunc argumentandi modum approbent, vid. *l. 1. verſ. hujus d. offic. ejus cui mand. eſt juris d. l. 20. §. 6. qui teſt. fac. poſſ. l. 5. §. 2. verſ.*

Digitized by Google

*verſ. filii. C. d. bon. quæ liber.* Conf. Rennemann. *in juriſprud. diſp. 15. §. 5. ſeqq.* Non tamen promiſcue locum invenit, ſed varias patitur exceptiones, quas Tuſch. *c. l.* & Everh. *loc. top. leg. à contr. ſenſu* fideliter conſcripſit Mynſ. *cent. 1. obſ. 8. n. 4. & 10.* Inſtitui leges unicam ſaltim admittunt huc transferre, quando ſcilicet abſurdum exinde ſequitur, *l. 6. in pr. ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* conf. Roman. *conſ. 392. n. 24.* Sic in *leg. 15. C. d. Epiſc. & Cler.* interdictum eſt perſonis eccleſiaſticis inſtituere conventus illicitos, & ſchismata poſt ſe trahentes. Hinc ſi ita quis argumentaretur: Extra Eccleſiam non licet conventicula inſtituere. E. in eccleſia permiſſum eſt, id quod abſurdum, cum particula ETIAM implicativa ſit. Brunn. *ad dict. l. 15.* Id quod in tantum verum eſt, ut abſurdum vitiet hoc argumentum (1) *in ſtatutis.* Unde Carpz. *p. 3. c. 16. d. 1. n. 7.* rejicit ſententiam Coleri *p. 1. deciſ. 74. n. 2.* & Hartm. Piſtor. *p. 1. quæſt. 24. n. 59. per lib. 2. art. 88.* Landrecht. Statuendum (argumento ſcil. à contrario ſenſu deſumpto) quod fructus civiles mortuo eo, cui debebantur, ante diem ſolutionis, ad heredes non pertineant. (2) *In ultimis voluntatibus*, & in ſpecie in fideicommiſſis, vid. Simon. de Prætis *de Interpr. ult. volunt. 3. Interpr. 3. dub. 4. n. 95. & l. 2. C. d. cond. incert.* ubi hæc ſpecies facti proponitur: Paterfamilias filiæ fideicommiſſi loco fundum Tullianum poſt annum Sempronio reſtituendum reliquit, hac addita conditione, ſi à marito non divertiſſet. Eaque de re hæredi fideicommiſſario cautionem præſtandam coluit; facto vero divortio filia maritum deſeruit; quæritur, an ad cautionem præſtandam teneatur? videtur ab initio dicendum, quod non, argumento à contrario ſenſu petito, obſtringebatur enim ſaltim ad cavendum, ſi non di-

 verte-

Digitized by Google

verteret. E. cum divertit, exſpirat addita conditio, & inſimul cautio. Sed affirmative decidit Imperator *in d. l. 2.* ex ſolida ratione, quia abſurdum ex hoc argumento ſequeretur, dum negligeretur forma perpetui Edicti, & patri voluntati obſequium denegaretur. Conf. Brunnem. *ad d. l. 2.* (3) *In legitimatione Spuriorum*, quæ licet reguläriter ſit reſervatum imperatorium *Nov. 89. cap. 9. t. t. ff. d. natal. reſtit. cap. venerabilem X. qui filii ſint legitimi.* Bocer. *d. Regal. cap. 2. n. 68.* Conceditur tamen Comitibus Palatinis, Reink. *d. R. S. & E. 1. cl. 4. cap. 13. num. 39. ſeqq.* Conf Gail. *2. obſ. 42. num. 3.* Relinquimus interim hanc materiam Publiciſtis, *h. l.* notamus, quod ideo, quia abſurdum, iniquum & irrationabile eſt, filios & alios legitime deſcendentes à legitima ſucceſſione excludere; Præprimis cum hæc ſucceſſio tam in jure divino, quam naturali fundetur *l. 7. d. bon. damnat. 2. Corinth. 12. v. 14.* Grot. *d. J. B. & P. 2. cap. 7. §. 3.* ibique Joh. à Felden & Ziegl. Magnif. Dn. Struv. *exerc. 10. th. 7.* Prono fluat alveo, quod argumentari non liceat à contrario ſenſu, in caſu, ubi Comiti Palatino legitimandi poteſtas, cum hac clauſula: modo non fiat præjudicium filiis maſculis, ex linea maſculina deſcendentibus; conceſſa eſt, ita ut per hanc clauſulam excluderentur fœminæ & deſcendentes ex fœminis, vid. poſt Curt. Sen. *conſ. 16. n. 15.* Mantic. *d. N. C. U. V. lib. 3. tit. 17. n. 12.*

## CONCLVSIO III.

*Non valet illatio à negata læſione alterius ad poſitionem læſionem ſui ipſius.*

### DECLARATIO.

IN §. *3. inſt. d. J. & J.* Juſtinianus trigam præceptorum Juris

Juris ſive potius ſummorum capitum, ad quæ reliqua omnia juris præcepta collimant, Zœſ. *ad ff. d. J. & J. n. 20.* Hulder. ab Eyben. *ad Inſt. diſp. 1. obſ. 7.* cupidæ LL. juventuti commendat. Quorum ſenſum & operoſam indagationem primorum legitimæ ſcientiæ elementorum interpretibus transſcribimus. vid. Dn. Præſidis *jurisprud. Element. diſp. 3. th. 26.* Prohibent autem illa inter alia læſionem alterius. Unde non inferres à contrario ſenſu, quod læſio ſui ipſius & ſic autochiria conceſſa ſit. Præterquam enim, quod in antecedentibus merito & abunde confutata ſit conſequentia ex loco contrariorum hauſta, ſi abſurdum operetur, ipſæ Pandectæ ſacræ, propricidia damnant. Quis enim ignorat homicidium prohiberi *Exod. 20. v. 13.* Quodcunque autem prædicatur de genere, de ſpecie quoque prædicari neceſſe eſt. Quid quod *Actor. 16. verſ. 28.* Paulus expreſſe dehortatur carceris cuſtodem, ne ſe interficiat. Accedit, quod ſibimetipſi violentas manus admovens, gravius peccet, quam ſi alteri ferrum in Ilia adigat. Propricida enim corpus & animam, alterum occidens corpus occiſi ſaltim perdit. Prætermitto, quod abſurdum durum & crudelitati proximum ſit aliis benefacere ſibi autem non item aliumque diligere, ſe vero odiſſe. Decianus *tract. crim. lib. 9. cap. 1. per tot.* cum ordinata charitas incipiat à ſe ipſa. *arg. l. 6. C. d. ſervit. & aqua.* Conf. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt. 39. n.* 1. add. Georg. Mundus à Rodach. *vol. 2. conſ. 20. per tot.* Ungep. *Exerc.* 1. *quæſt. 13. in Nego.* Philipp. *4. eccl. 86. n. 1. ſeqq.*

Extendunt hæc Criminalium Doctores, ut hæc argumentandi ratio quoque prohibita ſit (1) in ſemetipſos caſtrantibus. (2) In illis, qui data opera neque bibunt,



Digitized by Google

neque comedunt, ſame interituri, Menoch. *de A. J. Q. caſu 284.* Decianus *d. l. & cap. 2.* (3) à prohibitione læſionis alterius ad conceſſionem læſionis ſui ipſius in tantum non valet conſequentia, ut nec abſurdum ceſſet, licet Princeps deliquenti mortem indicaverit. Ratio, quia electio mortis hodie in poteſtate reorum ſita non eſt. *l. 8. §. 1. verb. proinde ff. d. pœn.* Reus enim ſe habet pure paſſive, nec Judex in illis quæ à Deo prohibita ſunt, agendum compellere poteſt.

Reſtringitur concluſio ab Hug. Grot. *d. J. B. & P. 2. cap. 19. §. 5. num. 4.* qui putat, non abſurdum eſſe, ſi quis ſe occidat, eo fine, ne deinceps in probrum ipſius Dei vivat. Ad ſtabiliendam ſuam ſententiam affert exemplum Saulis, *1. Sam. 31. verſ. 4.* gladio incumbentis, ne à ſuis hoſtibus illuderetur. Samſonis, *Judic. 16. verſ. 30.* & Razis Hieroſolymitani Senatoris *2. Macab. 14. verſ. 41.* Verum hæc non probant, quæ probare debent: Saul non ob gloriam Dei, ſed ex deſperatione efflavit animam. Samſonis illatio violenta fuit phyſica deſtructio, non actus moralis. Razis factum in ſacris narratur, non approbatur. Ziegl. & Oſiand. *ad Grot. d. l.* Hornej. *philoſoph. moral. 3. cap. 5. n. 14. ſeqq.* Addunt nonnulli aliam limitationem deſumptam ex *leg. 9. § 7. d. pecul. & l. 3. §. 1. & 6. d. bon. eor. qui ant. ſent.* probaturi minimum jure civili licitum eſſe ſibi ipſi mortem conſciſcere. Sed ut dicamus quid res eſt, Bachov. & Hahn. *ad Weſenb. ff. ad L. Corn. de ſicar.* aliorumque, qui cum his ſentiunt, præferenda opinio eſt. Qui cit. *l. 9. d. pecul.* interpretantur: licet Servis in proprium corpus ſævire naturaliter, i. e. de facto, dum illorum manus conſtringi nequeunt. Objectet quis vocabulum naturaliter ex Stoicorum hypotheſi idem ſonare ac ſecundum jus na-

turæ,

Digitized by Google

turæ. Reſp. JCti in multis quidem locis Stoicos ſecuti ſunt, non tamen ſequitur, Ergo in omnibus. Videmus enim in legibus noſtris veſtigia quoque Platonis *l. ult. ff. d. nundin.* nec non Ariſtotelis *l. 36. ff. d. ſolut. & liber.* Nec quicquam patrocinii ex dicta *l. 3. §. 1. & 6. d. bon. eor. qui ant. ſent.* ſpectari poteſt, cum ibi non approbetur autochiria, ſed de ejusdem ſpeciebus diverſis reſpectu confiscationis agatur.

## CONCLUSIO IV.

*In interpretatione quoque abſurdum exulare debet.*

### DECLARATIO.

DIſpeſci ſolet interpretatio in avthenticam, uſualem & doctrinalem, quæ iterum ſubdividitur in ſtrictam vel æquam eamque vel neceſſariam vel conjecturalem. Mantic. *d. T. A. C. tom. 1. lib. 2. tit. 16.* Donell. *comm. jur. Civ. 1. cap. 13. ſeqq.* Reink. *d. R. S. & E. 2. cl. 2. c. 11. per tot.* Hahn. *ad ff. d. LL. n. 18.* Vinn. *ſelect. jur. quæſt. lib. 1. cap. 2.* Magnific. Dn. Præſes *juriſpr. Elem. diſp. 2. th. 13. ſeqq. tot. tract.* Hunnii & Eichel. *d. interpr. leg.* Ad quos brevitatis ſtudio ductus benevolum Lectorem remitto. Huc ſpectat interpretatio abſurda. Hæc ſpecies eſt conjecturalis, & definitur quod ſi interpretatio, quæ bonis moribus juri & æquitati naturali vel aliis principiis juris adverſatur. Conf. Joh. à Felden. *ad Grot. d. J. B. & P. 2. c.* 16. §. 12. Sic enim verba legis interpretanda ſunt, ne ad abſurdum trahantur. *l. uxorem §. concub. ff. de legat. 3.* Exemplum ejus ſuppeditat §. *6. inſt. d. J. N. G. & C.* ubi populus romanus per legem

gem

Digitized by Google

gem regiam imperium in Auguſtum tranſtuliſſe perhibetur. Quod Imperator his verbis exprimit: Lege regia populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedit. vid. Vinn. *add.* §. *6.* & Ziegl. *ad Grot. d. J. B. & P.* 1. *cap. 3.* §. *8.* Hæc ſi ita explicentur, in eum i. e. contra Principem abſurda dicenda eſt interpretatio: Populus enim talem poteſtatem in Principem nunquam habuit. Et ſi per Exemplum ivimus, ſuccedit ampliatio. Eſt autem interpretatio abſurda odioſa, non ſolum (1) in *legibus, ſtatutis, ſed &* (2) *teſtamentis & ultimis* voluntatibus, nec non (3) *pactis & contractibus* tam *ſpontaneis* quam *invitis* ſeu *delictis* uti vocantur in *l. 52. d. re jud.* Tandem (4) *in judiciis.* De quibus omnibus cum ex inſtituto & latiſſime egerit Zepper. *prælaud. loc. vid. concl.* 1. is conſulendus erit. Præſertim cum in infra dicendis & ſuo loco ſigillatim hac de re agendum ſit. Tavtologiæ igitur & plagii evitandi gratia quædam ſaltim ſpicilegia, poſt uberrimam meſſem inſtituimus. Obtinebit autem ampliationis vicem, quod æquivocationes Jeſuiticæ, conſveto magis nomine reſervationes mentales dictæ, in omni interpretatione cane pejus & angue fugiendæ ſint. Sunt enim quaſi Lernæ omnis abſurditatis, ceu erudite ex Riveto in explicatione decalogi & Hülſeman. Breviar. *cap.* 11. *n.* 25. Ziegl. *ad Grot.* 3. *cap.* 1. §. 10. demonſtrat. Nec hæc opinio rationibus deſtituitur, teſte facultate Theol. Lovanienſ. apud Oſiand. *ad Grot. d. l.* §. 9. Contrariantur ſiquidem ejusmodi reſtrictiones mentales communi naturæ principio, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, imo ipſam ſocietatem humanam interturbant. Limitationes & reſtrictiones ex antecedentibus & ſubſequentibus peti poſſunt.

CON-

## CONCLUSIO V.

*Nec ſtatuta abſurdum continere debent.*

### DECLARATIO.

QUemadmodum vi concluſionis primæ, argumentum ab abſurdo in omni jure validum eſt, & abſurdum nemine è JCtorum medio diffitente, proſcribendum quaſi ſit in omni actu, diſpoſitione & jure, vid. Barboſa *theſaur. loc. comm. verb. abſurdo, axiom.* 1. Tuſch. *d. l. lit. A. concl.* 68. ita indubitati juris eſt, Statuta quoque, abſurdi expertia eſſe, *l. in ambigua* 19. *d. LL. cap.* 8. *X. de conſvet.* Socinus *conſil.* 24. Roman. *conſ.* 299. *n.* 6. Riminald. *conſ.* 621. *n.* 18. Mantic. *d. l. tit.* 13. *n.* 3. Modeſt. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 35. Unde vulgatum, ſtatuta non eſſe judaice intelligenda, h. e. captioſe, fraudulenter, & cum injuria alterius, Gail. 2. *obſ.* 33. *n.* 7. idque adeo, ut etiam propterea (1) verba ſtatuti improprianda ſint. Alex. *lib.* 1. *conſ.* 52. *num.* 2. *& conſ.* 80. *num.* 8. Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt. num.* 28. & Modeſt. Piſtor. *d. quæſt.* 48. *num.* 36. Hugo Grot. *d. J. B. & P.* 2. *cap.* 6. §. 12. (2) verba ſtatutorum generalia reſtringenda ſint ad id, quod rationis eſt, Ratio, quia generaliter omnis receſſus à Jure communi odioſus, & ſtricte interpretandus eſt. Farinac. *in pract. crim. quæſt.* 25. *num.* 20. ita Statutum jubens, ut qualitercunque & quomodocunque occidens occidatur, non eſt intelligenda de naturali defenſione, Farn. Vaſq. *l.* 1. *controv. c.* 36. *n.* 5. 6. Ziegler. *ad Grot.* 2. *c.* 16. §. 12. Unde nec caveri poteſt, ut nulla admittatur interpretatio, & ſi illa clauſula adjecta ſit, tantum de frivola intelligenda eſt. *l.* 2. §. *pen. C. d. V. I. E.* (3) Abſurdi evitandi cauſa extendenda etiam ſunt Statuta,



Digitized by Google

Ruinald. *vol.* 3. *conſ.* 42. *n.* 7. unde eſt, quod filiorum appellatione contineantur quoque nepotes, qui alias non continerentur, *l.* 41. §. 5. *leg.* 3. Roland. à Vall. *vol.* 2. *conſ.* 93. *n.* 25. Sic porro Statutum de perſona originaria loquens, eſt etiam intelligendum de ea, quæ ſaltim domicilium habet in civitate, ubi ſtatutum viget. Roland. à Vall. *vol.* 1. *conſ.* 71. *n.* 10. (4) extendenda noſtra eſt concluſio, ut etiam locum habeat in ſtatutis municipalibus, vid. *ſeq. concluſ.* nec non (5) in Statutis opificum, vid. *concluſ.* 7. Sed ne ultra quam par eſt, ſupra poſita concluſio extendatur, reſtringit eam Gail. *d. l. n.* 6. Qui eam intelligendam eſſe tradit, de eo caſu, quo de ratione ſtatuti non apparet, & certatur de damno vitando. Cui accedit altera limitatio, quando pars, in cujus poteſtate eſt, acquieſcit in diſpoſitione ſtatuti abſurdi, Caſtrenſ. *lib.* 1. *conſ.* 153. *circ. fin.*

## CONCLVSIO VI.

*Unde ſtatuta municipalia abſurdum continentia invalida pronuncianda ſunt.*

### DECLARATIO.

SUpponendum ſeu potius repetendum ex antecedentibus eſt, per abſurdum nihil aliud intelligi, quam illud, quod ἄλογον ſeu irrationabile plane, imo etiam, quod iniquum eſt, & juribus contrariatur. Quamvis igitur civitatibus municipalibus ſeu mediatis & præter Imperatorem ſtatum imperii tanquam ſuperiorem recognoſcentibus, **denen Herrn-Städten/ Fürſten-Städten.** Wehner. verb. **Freye Reichs-Städte** precaria poteſtate & indulgentia Principis cui ſubſunt, concedatur ſtatuta conde-

condere. Strauch. *de ſtatut. à ſumm. Princip. §. 7.* Reink. *d. R. S. & E. 2. cl. 2. cap. 5. n. 30. ſeqq.* Vinn. *ad §. 1. Inſt. d. J. N. G. & C.* quæ Germanico idiomate **Willkühr / Stadt-Rechte / Weichbild /** vocantur, Magnific. Dn. Præſes *Juriſpr. Elem. diſp. 5. th. 13.* Richter. *deciſ. 3. num. 1.* Arnold. de Reyg. *verb. ſtatutum n. 1.* Hoc tamen non ſimpliciter procedit, ſed poſitis certis requiſitis. Reink. *d. l.* Zœſ. *ad ff. d. conſt. princ. n. 32. ſeqq.* Inter quæ gregem ducit, quod non debeant eſſe contra bonos mores, *l. 39. ff. d. leg. Nov. 134. cap. 1. in fin. can. erit. 2. diſt. 4.* nec juri divino, *can. fin. §. his ita diſt. 6. can. 1. diſt. 5.* nec rationi rectæ aut legibus, *l. 38. ff. d. pact.* contrariari, uno verbo, non abſurda eſſe. Schneid. *ad §. jus autem 1. inſt. d. I. N. I. & C.* Extendimus autem hanc aſſertionem, ut pro abſurdis & ſic invalidis reputemus ſtatuta municipalia (1) de legatis violandis, contra *l. 8. §. 1. d. R. D.* ab Italis & Helena Ruſſorum Regina olim teſte Bodino *de Republ. lib. 5. cap. 6.* inducta. (2) Quæ libertatem eccleſiaſticis perſonis illarumque rebus conceſſam infringunt. *avth. Caſſa C. d. SS. Eccl.* (3) Quæ contra modum uſurarum lege præſcriptum diſponunt. Conf. noviſſima Divorum Imperatorum Car. V. Reform. Polit. Auguſt. d. anno 1548. tit. **Von wucherlichen** Contracten, nec non Rudolph. II. *Ord. Polit.* Francfurt. de A. 1577. eod. tit. **§. Dieweil aber** Mæv. 4 *deciſ. 205. n. 104.* Gail. 2. *obſ. 1. n. 4.* (4) Quæ bona naufragorum Dominis territorialibus addicunt, contra *avth. Navigia, C. d. furt. Ordinat. Crim.* Carol. V. *art. 219.* **L. R.** *art. 29.* Hahn. *ad ff. d. leg. Rhod. de jact. n. 5.* Theodoric. *Colleg. Crim. cap. 2. aph. 11. lit. G.* Ziegl. *ad Grot. 2. cap. 7. §. 1.* Steph. *ad dict. art. 219.* (5) Quæ in præjudicium ſuperioris fiunt, aut contra ejus reſervata. Dn. Præſes *d. l. num. 14.* Interim quod dictum



Digitized by Google

eſt ſtatuta co[illegible] leges non admitti, intelligendum ſaltim de legibus p[illegible]entibus aut prohibentibus. Buſius *ad l. 9. d. I. I.*

## CONCLVSIO VII.

*Eandem cenſuram opificum ſtatuta abſurda merentur.*

### DECLARATIO.

Opificia ſic dicta, quod Reipubl. opem & opes conferant, *arg. l. 53. verbo, ope factum ff. d. V. S.* Ideo inſtituta ſunt, ut opera ſuâ publicæ ſuccurrant utilitati, *l. 8. §. 12. ff. d. jur. immunit.* unde etiam opificibus illorumque magiſtris **denen Zunfft- und Ober-Meiſtern** / Wehner verbo **Zunfft** / jurisdictio aliqua ac poteſtas coercendi collegiatos conceſſa eſt. *l. fin. C. d. jurisdict.* ibique Brunn. quæ tamen conceſſio non privative, ſed cumulative facta eſt. Gail. 2. *obſ.* 20. Hillig. *ad Donell. lib.* 17. *c.* 9. *lit. Q.* Ex qua poteſtate etiam fluit jus faciendi ſtatuta, quæ vocantur **Innungen / Handwercks-Ordnung.** Quæ ſtatuta iisdem cancellis fere cum municipalibus circumſcribuntur, & quemadmodum in municipalibus, ita in his quoque certa requiſita adeſſe debent, de quibus vid. Richter. *deciſ.* 80. *per tot.* Carpz. *p.* 2. *c.* 6. *d.* 9. 10. & 11. Gail. *d. pac. publ. cap.* 6. *n.* 10. Hahn. *ad ff. d. LL. n.* 3. Nos quibus inſtituti leges ſanctæ eſſe debent, illud ſaltim eligimus quod talia ſtatuta juri divino & naturali ut & legibus adverſari non debeant, Berlich. *deciſ.* 26. *n.* 4. Carpz. *d. l. def.* 11. *n.* 3. eoque ipſo omnis abſurditas abeſſe jubeatur. Ut proinde abſurda, irrita atque invalida ſint opificum

ſtatuta

ſtatuta (1) quæ prohibent tonſores, molitores, opiliones, balneatores, tibicines, tympaniſtas eorumque filios ad honeſta artificia recipi, vid. *Reform. Polit.* zu Augſpurg de Anno 1549. tit. von Handwercks-Söhnen / ibi: als auch in etlichen Oertern. Mynſ. 4. *obſ.* 31. (2) quæ cavent: Daß was ein Meiſter oder Handwercks-Mann aus den Zunfft-Genoßen angefangen / der andere nicht ausmachen dörffe. Berlich. *d. deciſ.* 26. *n.* 5. Magnif. Dn. Struv. *Ex.* 23. *th.* 67. *in fin.* Moller. *lib.* 2. *ſemeſtr. c.* 15. Sapiunt enim monopolicam pravitatem *l. un. C. d. monopol.* add. Policey-Ordnung Carol. V. *art.* 31. Carpz. *dict. def.* 11. *n.* 4. ubi ita pronunciaſſe refert JCtos Lipſienſes, ibi: So seynd auch berührte Innungs-Brieffe / ſo viel dieſen Articul anlanget / zu recht nicht gültig noch zuläßlichen. (3) Quæ volunt, neminem in collegium recipiendum, niſi ducat filiam aut viduam opificis, wenn Er nicht ins Ambt freyet / Conf. Wehner. verb. freyen ins Ambt / & Herm. *faſc. jur. publ. c.* 39. *n.* 10. Mævius *part.* 3. *deciſ.* 38. (4) Quæ ab opificibus advenis epulum adventitium expoſcunt Wehner. verb. Gewohnheit *n.* 16. (5) Quæ opificem injuria affectum à collegio excludunt, vid. Policey-Ordnung zu Augſpurg de Anno 1549. tit. von Handwercks-Söhnen / §. 1. verſ. Es ſollen auch. (6) Quæ legitimatos per ſubſequens matrimonium Hartman. Piſtor. *l.* 1. *quæſt.* 30. *n.* 31. & à Comite Palatino arcent ab opificiis, Carpz. *p.* 2. *c.* 6. *d.* 12. & 16. & ſi quæ ſunt alia ſtatutorum abſurda, de quibus legeſis Wehner *verb.* Gewohnheit / Moller. *part.* 2. *ſemeſtr. cap.* 15. Limitationes ex duabus prioribus concluſionibus peti poſſunt.



Digitized by Google

# CONCLVSIO VIII.

*Abſurdum eſt virum ob facinus ſuam dotem lucrifacere.*

## DECLARATIO.

SEdes hujus concluſionis eſt in *l. 10. §. 1. ff. d. ſolut. matrim.* ubi Pomponius quærit, an maritus uxorem occidens dotem amittat, adeoque hæredibus uxoris danda ſit actio dotis? Simulque affirmanti ſententiæ ſubſcribit. Rationis loco concluſionem noſtram addit, non enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem lucrifacere. Ex antecedentibus in memoriam revocandum eſt, non æquum ſeu (quod eodem recidit) iniquum & abſurdum pro ſynonimis haberi. Unde etiam eſt, quod in locum vocum non æquum abſurdum ſubornare placuerit. Quibus ita poſitis ampliatur concluſio abſurdum, quæ eſt hoc in caſu maritum lucrari dotem. (1) Licet uxorem in adulterio deprehenſam interfecerit. Quando enim ob turpem uxoris vitam lucrum dotis marito conceditur, *cap. plerumque X. d. donat. inter vir. & uxor.* illud intelligendum eſt cum hac reſtrictione, ſi viam juris eligerit, ſecus ſi violentas manus inferat. Coler. *part. 2. deciſ. 286. n. 27. ſeqq.* Deinde nemo ſibi ipſi jus dicere debet. vid. *l. interdum 56. §. qui furem 1. ff. d. furt. t. t. C. ut nemin. liceat ſin. judic.* Cui accedit, quod iniquum ſit contra leges agere. Agit autem hoc in paſſu maritus contra *l. 24. ff. ad L. Jul. de adult.* & in genere nemo ex ſuo delicto præmium reportare debet. *l. relegatorum 7. in fin. ff. d. interdict. & releg.* Schneidew. *ad Inſt. d. hered. quæ ab inteſt. Rubric. d. ſucceſſ. inter vir. & uxor. num. 24.* Zœſ. *ad ff. ſolut. matrim. n. 33.*

Perez.

Perez. *ad C. eod. num. 17.* (2) Ampliatur concluſio, ut procedat, ſi maritus uxorem verberet & expellat. Modo uxor exinde mortem contrahat. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 32.* Carpz. *p. 3. c. 26. d. 6.* (3) Si ita vulneraverit uxorem ut mors inſecuta ſit. (4) Si ægram non curaverit, cum facile medicum habere potuerit, & ubi ſpes recuperandæ valetudinis adſuerit, *arg. l. 31. §. 11. & 12. ff. de ædil. edict. juncta l. 3. d. bis quib. ut indig.* Buſius *ad dict. l. 10. §. 1. ſolut. matrim.* Coler. *dict. deciſ. 286. n. 29.* Weſenb. *ad ff. ſolut. matrim. n. 6.* (5) Si alimenta h. e. omnia ad vitam neceſſaria *l. 6. d. alim. leg. l. 43. d. V. S.* denegaverit. Qui enim alimenta denegat, necat. *l. 4. ff. d. liber. agn. auth. ſi captivi, C. d. Epiſ. audien.* modo tamen mors ex defectu alimentorum ſequatur. Modeſt. Piſtor. 2. *quaſt. 57. num. 3.* Schneid. *d. l. num. 25.* Carpz. *d. l. def. 5. n. 4.* (6) Concluſio locum invenit ſi necem uxoris maritus ſaltim molitus fuerit. Coler. *d. l. n. 245.* (7) quod de dote dictum eſt, etiam in donatione propter nuptias reſpectu uxoris obtinet, *arg. d. l. 10. §. 11. ſolut. matrim. in fin.* Ceſſat autem abſurdum & non amittit maritus lucrum dotale (1) quando expulſam re integra recipit, Richter. *d. ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 4. membr. 4. num. 32.* (2) Si ſtatuto loci marito permiſſum ſit impune occidere adulteram, cum id quod jure permittente ſit, pœnam non mereatur, vid. *l. 4. C. ad L. Jul. d. adult.* Buſius *d. l.* quod tamen non indiſtincte accipiendum eſt, ſed eo ſaltim caſu locum habet, ſi poſt applicatam dotem vel publica vel privata autoritate uxor occiſa ſit, Zœſ. *d. l. n. 34.*

CON-

Digitized by Google

## CONCLVSIO IX.

### *Abſurdum eſt, ut major ſit filius quam pater.*

### DECLARATIO.

EFfatum hoc Juſtiniani eſt *in* §. *4. Inſtit. d. adopt.* qui pro monſtro eſſe ait, ut major ſit filius quam pater, ac proinde infert, quod minor majorem natu adoptare nequeat. Ad nauſeam hic repetendum eſt, quod abſurdum variis enuncietur nominibus, quibus etiam præſens dictio, pro monſtro eſſe annumeranda. Oſtendit hoc ipſum egregius locus Ciceronis pro Domo: Factus es, inquientis, filius ejus contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti. Vinn. *ad* §. *4. Inſt. d. adopt.* quod enim Imperator monſtroſum appellitat, illud contra fas eſſe Cicero aſſerit. In eo autem conveniunt Doctores quod ad declinandum hoc monſtroſum ſeu abſurdum ſufficit ætas 18. annis major *l. 40.* §. *1. d. adopt.* Ratio, quia adoptio naturam imitatur, ſecundum quam hoc tempus intermedium eſſe videtur eorum, qui maturius vel ſerius matrimonium inire ſolent. Hillig. *ad Donell. 2. c. 22. lit. E.* Franzk. *ad ff. d. adopt. n. 11.* Dn. Præſes *in jurisprudent. Elem. diſp. 11. th. 5. lit. G.* Quod ita intelligendum eſt, ut ſit 30. annos, & ſic deinceps, Hahn. *ad Weſenb. ff. d. adopt. n. 4. verſ. minor.* Quam aſſertionem Strauch. *diſſ. 4. th. 5.* non de anniculo v. g. duntaxat adoptando diſpoſitum eſſe ſtatuit, ſed certe de omnibus omnino adoptandis. Nec abſurdum aut ineptum ex communi hac opinione reſultat. Nam licet potentia generandi ante annum 18. adſit, rarius tamen accidit, ut ante illud tempus quis generet. Leges autem

accom-

accommodantur iis, quæ ſunt frequentius *l. 3. & 4. c. LL.* Zoeſ. *n. 4. ff.* & Perez. *n. 4. C. d. adopt.* Non obſtat *princip. Inſtit. d. nupt.* ubi 14. annos numerans pater eſſe poteſt; E. & adoptare, quia adoptio naturam imitatur. Reſp. Schneidw. *ad §. 4. inſt. d. adopt.* quod in adoptione non ſolum poteſtas generandi, ſed hæc cum judicio perfecto conjuncta intendatur.

## CONCLVSIO X.

*Abſurdum eſt ſolvi tutelam non conſentiente, ſed forſan ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus.*

## DECLARATIO.

IN *l. 5. & ult. C. d. autor. præſt.* Juſtinus Imperator præſenti utitur concluſione, quæ ut recte percipiatur fundamenti loco ſupponendum eſt, quod alias apertiſſimi juris ſit, quod tutoribus pluribus exiſtentibus, unius autoritas in approbatione negotiorum pupillarium ſufficiat, *per d. l. ult. C. d. auth. præſt.* Sic v. g. uno in judicium vocato, reliquos ſecum trahere non tenetur. Ruland. *d. commiſſ. p. 4. l. 4. cap. 16. num. 66. & 67.* Unus etiam juramentum calumniæ præſtare valet, Gaſtel. *Spec. jur. univ. cap. 16. num. 3.* Cujus rei ratio eſt, quia officium tutoris vel curatoris eſt apud quemlibet eorum. Brunn. *ad d. l. fin. C. d. auth. præſt. num. 2.* Accedit etiam alia, quia, ſi omnium tutorum conſenſus expectaretur, negotiorum occaſiones elaberentur, Perez. *ad C. d. t. num. 11.* Et hæc erat theſis Juſtini generalis. Cum autem ſupra *concluſ. 5.* abunde dictum ſit, quod evitandæ adſurditatis gratia,



Digitized by Google

verteret. E. cum divertit, exſpirat addita conditio, & inſimul cautio. Sed affirmative decidit Imperator *in d. l. 2.* ex ſolida ratione, quia abſurdum ex hoc argumento ſequeretur, dum negligeretur forma perpetui Edicti, & patri voluntati obſequium denegaretur. Conf. Brunnem. *ad d. l. 2.* (3) *In legitimatione Spuriorum*, quæ licet regulariter ſit reſervatum imperatorium *Nov. 89. cap. 9. t. t. ff. d. natal. reſtit. cap. venerabilem X. qui filii ſint legitimi.* Bocer. *d. Regal. cap. 2. n. 68.* Conceditur tamen Comitibus Palatinis, Reink. *d. R. S. & E. 1. cl. 4. cap. 13. num. 39. ſeqq.* Conf Gail. *2. obſ. 42. num. 3.* Relinquimus interim hanc materiam Publiciſtis, *h. l.* notamus, quod ideo, quia abſurdum, iniquum & irrationabile eſt, filios & alios legitime deſcendentes à legitima ſucceſſione excludere; Præprimis cum hæc ſucceſſio tam in jure divino, quam naturali fundetur *l. 7. d. bon. damnat. 2. Corinth. 12. v. 14.* Grot. *d. J. B. & P. 2. cap. 7. §. 3.* ibique Joh. à Felden & Ziegl. Magnif. Dn. Struv. *exerc. 10. th. 7.* Prono fluat alveo, quod argumentari non liceat à contrario ſenſu, in caſu, ubi Comiti Palatino legitimandi poteſtas, cum hac clauſula: modo non fiat præjudicium filiis maſculis, ex linea maſculina deſcendentibus; conceſſa eſt, ita ut per hanc clauſulam excluderentur fœminæ & deſcendentes ex fœminis, vid. poſt Curt. Sen. *conſ. 16. n. 15.* Mantic. *d. N. C. U. V. lib. 3. tit. 17. n. 12.*

## CONCLVSIO III.

*Non valet illatio à negata læſione alterius ad poſitionem læſionem ſui ipſius.*

### DECLARATIO.

IN §. 3. *inſt. d. J. & J.* Juſtinianus trigam præceptorum Juris

Juris ſive potius ſummorum capitum, ad quæ reliqua omnia juris præcepta collimant, Zœſ. *ad ff. d. J. & J. n. 20.* Hulder. ab Eyben. *ad Inſt. diſp. 1. obſ. 7.* cupidæ LL. juventuti commendat. Quorum ſenſum & operoſam indagationem primorum legitimæ ſcientiæ elementorum interpretibus transſcribimus. vid. Dn. Præſidis *jurisprud. Element. diſp. 3. th. 26.* Prohibent autem illa inter alia læſionem alterius. Unde non inferres à contrario ſenſu, quod læſio ſui ipſius & ſic autochiria conceſſa ſit. Præterquam enim, quod in antecedentibus merito & abunde confutata ſit conſequentia ex loco contrariorum hauſta, ſi abſurdum operetur, ipſæ Pandectæ ſacræ, propricidia damnant. Quis enim ignorat homicidium prohiberi *Exod. 20. v. 13.* Quodcunque autem prædicatur de genere, de ſpecie quoque prædicari neceſſe eſt. Quid quod *Actor. 16. verſ. 28.* Paulus expreſſe dehortatur carceris cuſtodem, ne ſe interficiat. Accedit, quod ſibimetipſi violentas manus admovens, gravius peccet, quam ſi alteri ferrum in Ilia adigat. Propricida enim corpus & animam, alterum occidens corpus occiſi ſaltim perdit. Prætermitto, quod abſurdum durum & crudelitati proximum ſit aliis benefacere ſibi autem non item aliumque diligere, ſe vero odiſſe. Decianus *tract. crim. lib. 9. cap. 1. per tot.* cum ordinata charitas incipiat à ſe ipſa. *arg. l. 6. C. d. ſervit. & aqua.* Conf. Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæſt. 39. n.* 1. add. Georg. Mundus à Rodach. *vol. 2. conſ. 20. per tot.* Ungep. *Exerc.* 1. *quæſt. 13. in Nego.* Philipp. *4. eccl. 86. n.* 1. *ſeqq.*

Extendunt hæc Criminalium Doctores, ut hæc argumentandi ratio quoque prohibita ſit (1) in ſemetipſos caſtrantibus. (2) In illis, qui data opera neque bibunt,



Digitized by Google

neque comedunt, fame interituri, Menoch. *de A. J. Q. caſu 284.* Decianus *d. l. & cap. 2.* (3) à prohibitione læſionis alterius ad conceſſionem læſionis ſui ipſius in tantum non valet conſequentia, ut nec abſurdum ceſſet, licet Princeps deliquenti mortem indicaverit. Ratio, quia electio mortis hodie in poteſtate reorum ſita non eſt. *l. 8. §. 1. verb. proinde ff. d. pœn.* Reus enim ſe habet pure paſſive, nec Judex in illis quæ à Deo prohibita ſunt, agendum compellere poteſt.

Reſtringitur concluſio ab Hug. Grot. *d. J. B. & P. 2. cap. 19. §. 5. num. 4.* qui putat, non abſurdum eſſe, ſi quis ſe occidat, eo fine, ne deinceps in probrum ipſius Dei vivat. Ad ſtabiliendam ſuam ſententiam affert exemplum Saulis, *1. Sam. 31. verſ. 4.* gladio incumbentis, ne à ſuis hoſtibus illuderetur. Samſonis, *Judic. 16. verſ. 30.* & Razis Hieroſolymitani Senatoris *2. Macab. 14. verſ. 41.* Verum hæc non probant, quæ probare debent: Saul non ob gloriam Dei, ſed ex deſperatione efflavit animam. Samſonis illatio violenta fuit phyſica deſtructio, non actus moralis. Razis factum in ſacris narratur, non approbatur. Ziegl. & Oſiand. *ad Grot. d. l.* Hornej, *philoſoph. moral. 3. cap. 5. n. 14. ſeqq.* Addunt nonnulli aliam limitationem deſumptam ex *leg. 9. §. 7. d. pecul. & l. 3. §. 1. & 6. d. bon. eor. qui ant. ſent.* probaturi minimum jure civili licitum eſſe ſibi ipſi mortem conſciſcere. Sed ut dicamus quid res eſt, Bachov. & Hahn. *ad Weſenb. ff. ad L. Corn. de ſicar.* aliorumque, qui cum his ſentiunt, præferenda opinio eſt. Qui cit. *l. 9. d. pecul.* interpretantur: licet Servis in proprium corpus ſævire naturaliter, i. e. de facto, dum illorum manus conſtringi nequeunt. Objectet quis vocabulum naturaliter ex Stoicorum hypotheſi idem ſonare ac ſecundum jus na-

Digitized by Google

turæ. Reſp. JCti in multis quidem locis Stoicos ſecuti ſunt, non tamen ſequitur, Ergo in omnibus. Videmus enim in legibus noſtris veſtigia quoque Platonis *l. ult. ff. d. nundin.* nec non Ariſtotelis *l. 36. ff. d. ſolut. & liber.* Nec quicquam patrocinii ex dicta *l. 3. §. 1. & 6. d. bon. cor. qui ant. ſent.* ſpectari poteſt, cum ibi non approbetur autochiria, ſed de ejusdem ſpeciebus diverſis reſpectu confiscationis agatur.

## CONCLVSIO IV.

*In interpretatione quoque abſurdum exulare debet.*

### DECLARATIO.

DIſpeſci ſolet interpretatio in avthenticam, uſualem & doctrinalem, quæ iterum ſubdividitur in ſtrictam vel æquam eamque vel neceſſariam vel conjecturalem. Mantic. *d. T. A. C. tom. 1. lib. 2. tit. 16.* Donell. *comm. jur. Civ. 1. cap. 13. ſeqq.* Reink. *d. R. S. & E. 2. cl. 2. c. 11. per tot.* Hahn. *ad ff. d. LL. n. 18.* Vinn. *ſelect. jur. quæſt. lib. 1. cap. 2.* Magnific. Dn. Præſes *jurispr. Elem. diſp. 2. th. 13. ſeqq. tot. tract.* Hunnii & Eichel. *d. interpr. leg.* Ad quos brevitatis ſtudio ductus benevolum Lectorem remitto. Huc ſpectat interpretatio abſurda. Hæc ſpecies eſt conjecturalis, & definitur quod ſi interpretatio, quæ bonis moribus juri & æquitati naturali vel aliis principiis juris adverſatur. Conf. Joh. à Felden. *ad Grot. d. J. B. & P. 2. c.* 16. §. 12. Sic enim verba legis interpretanda ſunt, ne ad abſurdum trahantur. *l. uxorem §. concub. ff. de legat. 3.* Exemplum ejus ſuppeditat §. *6. inſt. d. J. N. G. & C.* ubi populus romanus per legem

gem

gem regiam imperium in Auguſtum tranſtuliſſe perhibetur. Quod Imperator his verbis exprimit: Lege regia populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedit. vid. Vinn. *add.* §.*6.* & Ziegl. *ad Grot. d. J. B. & P.* 1. *cap.3.* §. *8.* Hæc ſi ita explicentur, in eum i. e. contra Principem abſurda dicenda eſt interpretatio: Populus enim talem poteſtatem in Principem nunquam habuit. Et ſi per Exemplum ivimus, ſuccedit ampliatio. Eſt autem interpretatio abſurda odioſa, non ſolum (1) in *legibus, ſtatutis, ſed &* (2) *teſtamentis & ultimis* voluntatibus, nec non (3) *pactis & contractibus* tam *ſpontaneis* quam *invitis* ſeu *delictis* uti vocantur in *l. 52. d. re jud.* Tandem (4) *in judiciis.* De quibus omnibus cum ex inſtituto & latiſſime egerit Zepper. *prælaud. loc. vid. concl.* 1. is conſulendus erit. Præſertim cum in infra dicendis & ſuo loco ſigillatim hac de re agendum ſit. Tavtologiæ igitur & plagii evitandi gratia quædam ſaltim ſpicilegia, poſt uberrimam meſſem inſtituimus. Obtinebit autem ampliationis vicem, quod æquivocationes Jeſuiticæ, conſveto magis nomine reſervationes mentales dictæ, in omni interpretatione cane pejus & angue fugiendæ ſint. Sunt enim quaſi Lernæ omnis abſurditatis, ceu erudite ex Riveto in explicatione decalogi & Hülſeman. Breviar. *cap.* 12. *n.* 25. Ziegl. *ad Grot.* 3. *cap.* 1. § 10. demonſtrat. Nec hæc opinio rationibus deſtituitur, teſte facultate Theol. Lovanienſ. apud Oſiand. *ad Grot. d. l.* §.9. Contrariantur ſiquidem ejuſmodi reſtrictiones mentales communi naturæ principio, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, imo ipſam ſocietatem humanam interturbant. Limitationes & reſtrictiones ex antecedentibus & ſubſequentibus peti poſſunt.



Digitized by Google

# CONCLVSIO V.

*Nec ſtatuta abſurdum continere debent.*

## DECLARATIO.

QUemadmodum vi concluſionis primæ, argumentum ab abſurdo in omni jure validum eſt, & abſurdum nemine è JCtorum medio diffitente, proſcribendum quaſi ſit in omni actu, diſpoſitione & jure, vid. Barboſa *theſaur. loc. comm. verb. abſurdo*, *axiom.* 1. Tuſch. *d. l. lit. A. concl.* 60. ita indubitati juris eſt, Statuta quoque, abſurdi expertia eſſe, *l. in ambigua* 19. *d. LL. cap.* 8. *X. de conſuet.* Socinus *conſil.* 24. Roman. *conſ.* 299. *n.* 6. Riminald. *conſ.* 621. *n.* 18. Mantic. *d. l. tit.* 13. *n.* 3. Modeſt. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 35. Unde vulgatum, ſtatuta non eſſe judaice intelligenda, h. e. captioſe, fraudulenter, & cum injuria alterius, Gail. 2. *obſ.* 33. *n.* 7. idque adeo, ut etiam propterea (1) verba ſtatuti impropriandaſint. Alex. *lib.* 1. *conſ.* 52. *num.* 2. & *conſ.* 80. *num.* 8. Hartm. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt. num.* 28. & Modeſt. Piſtor. *d. quæſt.* 48. *num.* 36. Hugo Grot. *d. J. B. & P.* 2. *cap.* 6. §. 12. (2) verba ſtatutorum generalia reſtringenda ſint ad id, quod rationis eſt, Ratio, quia generaliter omnis receſſus à Jure communi odioſus, & ſtricte interpretandus eſt. Farinac. *in pract. crim. quæſt.* 25. *num.* 20. ita Statutum jubens, ut qualitercunque & quomodocunque occidens occidatur, non eſt intelligenda de naturali defenſione, Farn. Vaſq. *l.* 1. *controv. c.* 36. *n.* 5. 6. Ziegler. *ad Grot.* 2. *c.* 16. §. 12. Unde nec caveri poteſt, ut nulla admittatur interpretatio, & ſi illa clauſula adjecta ſit, tantum de frivola intelligenda eſt. *l.* 2. §. *pen. C. d. V. I. E.* (3) Abſurdi evitandi cauſa extendenda etiam ſunt Statuta,

Ruinald. *vol. 3. conſ. 42. n. 7.* unde eſt, quod filiorum appellatione contineantur quoque nepotes, qui alias non continerentur, *l. 41. §. 5. leg. 3.* Roland. à Vall. *vol. 2. conſ. 93. n. 25.* Sic porro Statutum de perſona originaria loquens, eſt etiam intelligendum de ea, quæ ſaltim domicilium habet in civitate, ubi ſtatutum viget. Roland. à Vall. *vol. 1. conſ. 72. n. 20.* (4) extendenda noſtra eſt concluſio, ut etiam locum habeat in ſtatutis municipalibus, vid. *ſeq. concluſ.* nec non (5) in Statutis opificum, vid. *concluſ. 7.* Sed ne ultra quam par eſt, ſupra poſita concluſio extendatur, reſtringit eam Gail. *d. l. n. 6.* Qui eam intelligendam eſſe tradit, de eo caſu, quo de ratione ſtatuti non apparet, & certatur de damno vitando. Cui accedit altera limitatio, quando pars, in cujus poteſtate eſt, acquieſcit in diſpoſitione ſtatuti abſurdi, Caſtrenſ. *lib. 1. conſ. 153. circ. fin.*

## CONCLVSIO VI.

*Unde ſtatuta municipalia abſurdum continentia invalida pronuncianda ſunt.*

### DECLARATIO.

SUpponendum ſeu potius repetendum ex antecedentibus eſt, per abſurdum nihil aliud intelligi, quam illud, quod ἄλογον ſeu irrationabile plane, imo etiam, quod iniquum eſt, & juribus contrariatur. Quamvis igitur civitatibus municipalibus ſeu mediatis & præter Imperatorem ſtatum imperii tanquam ſuperiorem recognoſcentibus, **denen Herrn-Stådten / Fürſten-Stådten.** Wehner. verb. **Freye Reichs-Stådte** precaria poteſtate & indulgentia Principis cui ſubſunt, concedatur ſtatuta conde-

condere. Strauch. de ſtatut. à ſumm. Pr[illegible]ip. §. 7. Reink. d. R. S. & E. 2. cl. 2. cap. 5. n. 30. ſeqq. Vinn. [illegible] §. 1. Inſt. d. J. N. G. & C. quæ Germanico idiomate Willführ / Stadt-Rechte / Weichbild / vocantur, Magnific. Dn. Præſes Juriſpr. Elem. diſp. 5. th. 13. Richter. deciſ. 3. num. 1. Arnold. de Reyg. verb. ſtatutum n. 1. Hoc tamen non ſimpliciter procedit, ſed poſitis certis requiſitis. Reink. d. l. Zœſ. ad ff. d. conſt. princ. n. 32. ſeqq. Inter quæ gregem ducit, quod non debeant eſſe contra bonos mores, l. 39. ff. d. leg. Nov. 134. cap. 1. in fin. can. erit. 2. diſt. 4. nec juri divino, can. fin. §. his ita diſt. 6. can. 1. diſt. 5. nec rationi rectæ aut legibus, l. 38. ff. d. pact. contrariari, uno verbo, non abſurda eſſe. Schneid. ad §. jus autem 1. inſt. d. I. N. I. & C. Extendimus autem hanc aſſertionem, ut pro abſurdis & ſic invalidis reputemus ſtatuta municipalia (1) de legatis violandis, contra l. 8. §. 1. d. R. D. ab Italis & Helena Ruſſorum Regina olim teſte Bodino de Republ. lib. 5. cap. 6. inducta. (2) Quæ libertatem eccleſiaſticis perſonis illarumque rebus conceſſam infringunt. auth. Caſſa C. d. SS. Eccl. (3) Quæ contra modum uſurarum lege præſcriptum diſponunt. Conf. noviſſima Divorum Imperatorum Car. V. Reform. Polit. Auguſt. d. anno 1548. tit. Von wucherlichen Contracten, nec non Rudolph. II. Ord. Polit. Francfurt. de A. 1577. eod. tit. §. Dieweil aber Mæv. 4 deciſ. 205. n. 104. Gail. 2. obſ. 1. n. 4. (4) Quæ bona naufragorum Dominis territorialibus addicunt, contra auth. Navigia, C. d. furt. Ordinat. Crim. Carol. V. art. 219. L. R. art. 29. Hahn. ad ff. d. leg. Rhod. de jact. n. 5. Theodoric. Colleg. Crim. cap. 2. aph. 11. lit. G. Ziegl. ad Grot. 2. cap. 7. §. 1. Steph. ad dict. art. 219. (5) Quæ in præjudicium ſuperioris fiunt, aut contra ejus reſervata. Dn. Præſes d. l. num. 14. Interim quod dictum


eſt

Digitized by Google

eſt ſtatuta co... ...ges non admitti, intelligendum ſaltim de legibus p... ...entibus aut prohibentibus. Buſius *ad l. 9. d. l. I.*

## CONCLVSIO VII.

*Eandem cenſuram opificum ſtatuta abſurda merentur.*

### DECLARATIO.

OPificia ſic dicta, quod Reipubl. opem & opes conferant, *arg. l. 53. verbo, ope factum ff. d. V. S.* Ideo inſtituta ſunt, ut opera ſuâ publicæ ſuccurrant utilitati, *l. 8. §. 12. ff. d. jur. immunit.* unde etiam opificibus illorumque magiſtris **denen Zunfft- und Ober-Meiſtern** / Wehner verbo **Zunfft** / jurisdictio aliqua ac poteſtas coercendi collegiatos conceſſa eſt. *l. fin. C. d. jurisdict.* ibique Brunn. quæ tamen conceſſio non privative, ſed cumulative facta eſt. Gail. *2. obſ.* 20. Hillig. *ad Donell. lib.* 17. *c.* 9. *lit. Q.* Ex qua poteſtate etiam fluit jus faciendi ſtatuta, quæ vocantur **Innungen / Handwercks-Ordnung.** Quæ ſtatuta iisdem cancellis fere cum municipalibus circumſcribuntur, & quemadmodum in municipalibus, ita in his quoque certa requiſita adeſſe debent, de quibus vid. Richter. *deciſ.* 80. *per tot.* Carpz. *p. 2. c.* 6. *d.* 9. 10. *&* 11. Gail. *d. pac. publ. cap.* 6. *n.* 10. Hahn. *ad ff. d. LL. n.* 3. Nos quibus inſtituti leges ſanctæ eſſe debent, illud ſaltim eligimus quod talia ſtatuta juri divino & naturali ut & legibus adverſari non debeant, Berlich. *deciſ.* 26. *n.* 4. Carpz. *d. l. def.* 11. *n.* 3. eoque ipſo omnis abſurditas abeſſe jubeatur. Ut proinde abſurda, irrita atque invalida ſint opificum

ſtatuta

ſtatuta (1) quæ prohibent tonſores, molitores, opiliones, balneatores, tibicines, tympaniſtas eorumque filios ad honeſta artificia recipi, vid. *Reform. Polit.* zu Augſpurg de Anno 1549. tit. von Handwercks-Söhnen / ibi: als auch in etlichen Oertern. Mynſ. 4. *obſ.* 31. (2) quæ cavent: Daß was ein Meiſter oder Handwercks-Mann aus den Zunfft-Genoßen angefangen / der andere nicht ausmachen dörffe. Berlich. *d. deciſ. 26. n. 5.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 23. th. 67. in fin.* Moller. *lib. 2. ſemeſtr. c. 15.* Sapiunt enim monopolicam pravitatem *l. un. C. d. monopol.* add. Policey-Ordnung Carol. V. *art. 31.* Carpz. *dict. def. 11. n. 4.* ubi ita pronunciaſſe refert JCtos Lipſienſes, ibi: So seynd auch berührte Innungs-Brieffe / ſo viel dieſen Articul anlanget / zu recht nicht gültig noch zuläßlichen. (3) Quæ volunt, neminem in collegium recipiendum, niſi ducat filiam aut viduam opificis, wenn Er nicht ins Ambt freyet / Conf. Wehner. verb. freyen ins Ambt / & Herm. *faſc. jur. publ. c. 39. n. 10.* Mævius *part. 3. deciſ. 38.* (4) Quæ ab opificibus advenis epulum adventitium expoſcunt Wehner. verb. Gewohnheit *n. 16.* (5) Quæ opificem injuria affectum à collegio excludunt, vid. Policey-Ordnung zu Augſpurg de Anno 1549. tit. von Handwercks-Söhnen / §. 1. verſ. Es ſollen auch. (6) Quæ legitimatos per ſubſequens matrimonium Hartman. Piſtor. *l. 1. quæſt. 30. n. 31.* & à Comite Palatino arcent ab opificiis, Carpz. *p. 2. c. 6. d. 12. & 16.* & ſi quæ ſunt alia ſtatutorum abſurda, de quibus legeſis Wehner *verb.* Gewohnheit / Moller. *part. 2. ſemeſtr. cap. 15.* Limitationes ex duabus prioribus concluſionibus peti poſſunt.



Digitized by Google

## CONCLVSIO VIII.

*Abſurdum eſt virum ob facinus ſuam dotem lucrifacere.*

### DECLARATIO.

SEdes hujus concluſionis eſt in *l. 10. §. 1. ff. d. ſolut. matrim.* Ubi Pomponius quærit, an maritus uxorem occidens dotem amittat, adeoque hæredibus uxoris danda ſit actio dotis? Simulque affirmanti ſententiæ ſubſcribit. Rationis loco concluſionem noſtram addit, non enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem lucrifacere. Ex antecedentibus in memoriam revocandum eſt, non æquum ſeu (quod eodem recidit) iniquum & abſurdum pro ſynonimis haberi. Unde etiam eſt, quod in locum vocum non æquum abſurdum ſubornare placuerit. Quibus ita poſitis ampliatur concluſio abſurdum, quæ eſt hoc in caſu maritum lucrari dotem. (1) Licet uxorem in adulterio deprehenſam interfecerit. Quando enim ob turpem uxoris vitam lucrum dotis marito conceditur, *cap. plerumque X. d. donat. inter vir. & uxor.* illud intelligendum eſt cum hac reſtrictione, ſi viam juris eligerit, ſecus ſi violentas manus inferat. Coler. *part. 2. deciſ. 286. n. 27. ſeqq.* Deinde nemo ſibi ipſi jus dicere debet. vid. *l. interdum 56. §. qui furem 1. ff. d. furt. t. t. C. ut nemin. liceat ſin. judic.* Cui accedit, quod iniquum ſit contra leges agere. Agit autem hoc in paſſu maritus contra *l. 24. ff. ad L. Jul. de adult.* & in genere nemo ex ſuo delicto præmium reportare debet. *l. relegatorum 7. in fin. ff. d. interdict. & releg.* Schneidew. *ad Inſt. d. hered. quæ ab inteſt. Rubric. d. ſucceſſ. inter vir. & uxor. num. 24.* Zœſ. *ad ff. ſolut. matrim. n. 33.*

Perez.

Digitized by Google

Perez. *ad C. eod. num.* 17. (2) Ampliatur concluſio, ut procedat, ſi maritus uxorem verberet & expellat. Modo uxor exinde mortem contrahat. Berlich. *part. 3. concl. 36. num. 32.* Carpz. *p. 3. c. 26. d. 6.* (3) Si ita vulneraverit uxorem ut mors inſecuta ſit. (4) Si ægram non curaverit, cum facile medicum habere potuerit, & ubi ſpes recuperandæ valetudinis adfuerit, *arg. l. 31. §. 11. & 12. ff. de ædil. edict. juncta l. 3. d. his quib. ut indig.* Buſius *ad dict. l. 10. §. 1. ſolut. matrim.* Coler. *dict. deciſ. 286. n. 29.* Weſenb. *ad ff. ſolut. matrim. n.* 6. (5) Si alimenta h. e. omnia ad vitam neceſſaria *l.* 6. *d. alim. leg. l.* 43. *d. V. S.* denegaverit. Qui enim alimenta denegat, necat. *l. 4. ff. d. liber. agn. auth. ſi captivi, C. d. Epiſ. audien.* modo tamen mors ex defectu alimentorum ſequatur. Modeſt. Piſtor. 2. *quæſt. 57. num. 3.* Schneid. *d. l. num. 25.* Carpz. *d. l. def. 5. n. 4.* (6) Concluſio locum invenit ſi necem uxoris maritus ſaltim molitus fuerit. Coler. *d. l. n. 245.* (7) quod de dote dictum eſt, etiam in donatione propter nuptias reſpectu uxoris obtinet, *arg. d. l. 10. §. 11. ſolut. matrim. in fin.* Ceſſat autem abſurdum & non amittit maritus lucrum dotale (1) quando expulſam re integra recipit, Richter. *d. ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 4. membr. 4. num. 32.* (2) Si ſtatuto loci marito permiſſum ſit impune occidere adulteram, cum id quod jure permittente ſit, pœnam non mereatur, vid. *l. 4. C. ad L. Jul. d. adult.* Buſius *d. l.* quod tamen non indiſtincte accipiendum eſt, ſed eo ſaltim caſu locum habet, ſi poſt applicatam dotem vel publica vel privata autoritate uxor occiſa ſit, Zœſ. *d. l. n.* 34.

CON-

Digitized by Google

# CONCLUSIO IX.

*Abſurdum eſt, ut major ſit filius quam pater.*

## DECLARATIO.

EFfatum hoc Juſtiniani eſt *in* §. 4. *Inſtit. d. adopt.* qui pro monſtro eſſe ait, ut major ſit filius quam pater, ac proinde infert, quod minor majorem natu adoptare nequeat. Ad nauſeam hic repetendum eſt, quod abſurdum variis enuncietur nominibus, quibus etiam præſens dictio, pro monſtro eſſe annumeranda. Oſtendit hoc ipſum egregius locus Ciceronis pro Domo: Factus es, inquientis, filius ejus contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti. Vinn. *ad* §. 4. *Inſt. d. adopt.* quod enim Imperator monſtroſum appellitat, illud contra fas eſſe Cicero aſſerit. In eo autem conveniunt Doctores quod ad declinandum hoc monſtroſum ſeu abſurdum ſufficit ætas 18. annis major *l.* 40. §. 1. *d. adopt.* Ratio, quia adoptio naturam imitatur, ſecundum quam hoc tempus intermedium eſſe videtur eorum, qui maturius vel ſerius matrimonium inire ſolent. Hillig. *ad Donell.* 2. *c.* 22. *lit. E.* Franzk. *ad ff. d. adopt. n.* 11. Dn. Præſes *in jurisprudent. Elem. diſp.* 11. *th.* 5. *lit. G.* Quod ita intelligendum eſt, ut ſit 30. annos, & ſic deinceps, Hahn. *ad Weſenb. ff. d. adopt. n.* 4. *verſ. minor.* Quam aſſertionem Strauch. *diſſ.* 4. *th.* 15. non de anniculo v. g. duntaxat adoptando diſpoſitum eſſe ſtatuit, ſed certe de omnibus omnino adoptandis. Nec abſurdum aut ineptum ex communi hac opinione reſultat. Nam licet potentia generandi ante annum 18. adſit, rarius tamen accidit, ut ante illud tempus quis generet. Leges autem accom-

accommodantur iis, quæ ſunt frequentius *l. 3. & 4. c. LL.* Zœſ. *n. 4. ff.* & Perez. *n. 4. C. d. adopt.* Non obſtat *princip. Inſtit. d. nupt.* ubi 14. annos numerans pater eſſe poteſt, E. & adoptare, quia adoptio naturam imitatur. Reſp. Schneidw. *ad* §. *4. inſt. d. adopt.* quod in adoptione non ſolum poteſtas generandi, ſed hæc cum judicio perfecto conjuncta intendatur.

## CONCLVSIO X.

*Abſurdum eſt ſolvi tutelam non conſentiente, ſed forſan ignorante eo qui tutor fuerat ordinatus.*

### DECLARATIO.

IN *l. 5. & ult. C. d. autor. præſt.* Juſtinus Imperator præſenti utitur concluſione, quæ ut recte percipiatur fundamenti loco ſupponendum eſt, quod alias apertiſſimi juris ſit, quod tutoribus pluribus exiſtentibus, unius autoritas in approbatione negotiorum pupillarium ſufficiat, *per d. l. ult. C. d. auth. præſt.* Sic v. g. uno in judicium vocato, reliquos ſecum trahere non tenetur. Ruland. *d. commiſſ. p. 4. l. 4. cap. 16. num. 66. & 67.* Unus etiam juramentum calumniæ præſtare valet, Gaſtel. *Spec. jur. univ. cap. 16. num. 3.* Cujus rei ratio eſt, quia officium tutoris vel curatoris eſt apud quemlibet eorum. Brunn. *ad d. l. fin. C. d. auth. præſt. num. 2.* Accedit etiam alia, quia, ſi omnium tutorum conſenſus expectaretur, negotiorum occaſiones elaberentur, Perez. *ad C. d. t. num. 11.* Et hæc erat theſis Juſtini generalis. Cum autem ſupra *concluſ. 5.* abunde dictum ſit, quod evitandæ adſurditatis gratia,



Digitized by Google

quandoque extenſio, quandoque etiam reſtrictio adhibenda ſit. Id propter prælaudatus Imperator Juſtinus duplicem addit limitationem, ubi non unius è pluribus conſenſus, ſed omnium requiritur (1) ſi tutelæ adminiſtratio diviſa ſit. (2) Si agatur de tutelæ diſſolutione v. g. arrogatione pupilli, §. *1. inſt. quib. mod. tut. fin.* Ibique Vinn. Schneid. & Franzk. quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, cap. quod omnes *d. R. J. in 6. l. fin. ff. comm. præd. &c.* Struv. *exerc. 31. th. 44.* Zoeſ. *ad ff. d. author. tut. num. 7.* Brunn. & Perez. *d. l.* Et abſurdum eſt tutelam ſolvi ignorante tutore, prout enunciat ſæpius *alleg. l. ult. C. d. author. præſt.*

## CONCLUSIO XI.

*Abſurdum videtur hominem in fructu eſſe.*

### DECLARATIO.

POſtquam Imperator Juſtinianus *in §. 37. Inſt. d. R. D.* generalem theſin, quod in pecudum fructu etiam fœtus ſit, poſuit, eamque exemplis illuſtravit, ſubjungit exceptionem, quod partus ancillæ in fructu non ſit, Conſ. *l. 28. d. uſur. l. 68. d. uſurfr. l. 22. §. ſed enim ad SCt. Trebell.* Cujus rei rationem præſens Concluſio exhibet. Ratio vero rationis dicto §. *37.* hæc redditur, quod omnis fructus rerum natura hominis gratia comparata ſit. Sed Vinn. *in Comment. ad illum §.* eandem pro adæquata non habet, quapropter aliam *ex l. 27. d. hered. petit.* ſubſtituit, quod ancillæ non ad hoc comparatæ ſint, ut pariant, ſed ut ſerviant, add. Zoeſ. *ad ff. d. uſurfr. n. 15.* Magnif. Dn. Struv. *in S. J. C. Ex. 12. th. 15.* clarius hanc rem ita exprimit: fructus dicun-

dicuntur ut ex ancilla, ſed ut ab alio homine. Rennem. *in jurispr. Rom. Germ. membr. 2. diſp. 4. §. 19. & 23.* in eo quærit abſurditatem, quod nulla res fructuoſa ſibi, ſed aliis, ſemper fructum ferat. Quod autem dictum eſt, fœtum humanum inter fructus non connumerari, patitur reſtrictionem, ut eatenus ſaltim procedat, quatenus de uſufructu agitur. Si enim fructus civili modo conſiderentur, partus quoque ancillæ illis accenſebitur, conf. *l. 24. §. 1. ad L. Falcid.* ſic v. g. ex mora etiam partus reſtituendi *l.* 14. *d. uſur.* & comparantur fructibus fundorum *in l. 9. in fin. d. leg. 1.* Hillig. *ad Donell. 4. cap. 28. lit. B.* Franzk. *ad §. 37. Inſtit. d. R. D. n. 11.*

## CONCLVSIO XII.

*In teſtamentis aliisque ultimis voluntatibus abſurdum vitandum eſt.*

### DECLARATIO.

QUam late pateat argumentum ab abſurdo & quousque fines extendat ſuos ſupr. *in concl. 1. & 4.* ſufficienter oſtenſum eſt. Simulque dictum, quod teſtamenta & ultimæ voluntates reliquæ præprimis abſurdum reſpuant. Id quod ex ſubſequentibus dilucidius patebit, ſi conſideretur, quod propter abſurdum in ultimis voluntatibus evitandum (1) ſit recedendum à propria ſignificatione verborum *l. 57. §. 1. ad SCt. Trebell.* Menoch. *conſ. 177. num. 4.* Pariſius *vol. 3. conſ. 20. n. 26.* ita ut e. g. appellatione hæredum intelligantur deſcendentes, licet alias & regulariter hæredum nomine extranei veniant, Tuſch. *concl. 66. n. 5.* (2) quod etiam ceſſet pia cauſa, ſi ipſius favor & abſurdus intel-



Digitized by Google

intellectus diſpoſitionis h. e. contrarietas in eadem concurrat, aut plane cludatur. Card. Zapar. *conſ. 49. per tot.* Tuſch. *d. concl.* 66. *n. 35.* (3) quod nulla diſpoſitio tam lata ſive larga ſit, quæ non reſtringatur propter abſurdam conſequentiam. Tuſch. *d. l. num. 38.* (4) quod etiam in fideicommiſſis vera ſit concluſio *l. 15. C. d. fideicommiſſ. libert. l. 57. §. 1. ad SCt. Trebell. l. 2. C. d. condit. inſert.* Conſ. *concl. 2. & 13.* Quapropter fideicommiſſum maxime favore agnationis, in filio inductum extenditur de perſona in perſonam, Cravetta *conſ. 113. n. 3.* nec non (5) in ultima voluntate, in qua magis dilectus minus conſequitur, quam minus dilectus ex interpretatione dubia. Roland. à Valle *lib. 6. conſ. 82. n. 32. ſeqq.* Cravett. *conſ. 62. n. 7.* (6) in ſucceſſione prætoria *l. 17. l. 22. l. 39. d. oper. libert. l. 7. d. bon. libert.* (7) in acceſſoriis teſtamentorum legatis. *l. 77. & 27. d. legat. 2. l. 6. d. legat. præſt. contr. tab. l. 3. §. 2. commun. d. legal. l.* 160. §. 2. *d. R. J.* Et hæc ampliationis loco dixiſſe ſufficiat, reſtrictiones & limitationes concluſio hæc partim à concluſione *11. & 4. & 5.* mutuatur, partim alias addit, quæ concernunt ampliationem quintam. Quæ locum non habet, niſi in filiis & deſcendentibus teſtatoris tantum, Socin. Jun. *lib. 1. conſ.* 119. *n.* 28. it. negative ſaltim non affirmative procedit. Cravett. *conſ.* 306. *n.* 7.

## CONCLVSIO XIII.

*Satis abſurdum eſt & irrationabile, rem quam in ſuis bonis quis pure non poſſidet, eam ad alios velle transferre.*

### DECLARATIO.

Effectus fideicommiſſorum primarius eſt, quod poſſeſſor

ſeſſor res fideicommiſſo ſubjectas non poſſit alienare. Id quod non ſolum leges pandectarum ſatis evincunt *l.69. §. 1. d. legat. 2. l.3. §. res quæ, 3. ad SCt. Trebell.* Sed & Novellarum jure *per Nov.39. & 108.* cautum eſt, nec abludit Juſtinianus qui *in l.3. §.2. C. comm. d. legat.* (ex qua præſens deſumpta eſt concluſio) hanc alienationem ſatis abſurdam & irrationabilem pronunciat. Rationem addit, cum quod alienum eſt, non liceat alieno juri applicare. Clarius enunciat Perez. *ad C. d. t. n.7.* qui hanc alienationem ideo interdictam perhibet, quia Legatarii & Fideicommiſſarii agnitione dominium rei legatæ, ut & per fideicommiſſum relictæ, ſtatim à morte teſtatoris ipſo jure acquirant, *l. 1. C. dict. tit.* Quæ Imperatoris ſententia pronunciando obſervatur non ſolum in Electoratu Saxonico Carpz. *p. 2. c.8. d.30.* ſed etiam in his provinciis, Richter. *deciſ. 61. n.11.* Et imo tam abſurda rerum fideicommiſſo obnoxiarum alienatio eſt, ut eorundem poſſeſſor de illis nec teſtari, neque eaſdem oppignorare queat, quia prohibitus quoque cenſetur obligare; Obligatio enim ad alienationem deducit *l. 2. & 3. d. diſtract. pignor.* nec in emphyteuſin perpetuo dare, *arg. cap.5. X. d. reb. Eccleſ. alien.* nec permutare, vid. Rennem. *juriſpr. membr. 2. diſp. 45. §.3.* Nec multum præſidii ſupereſt in diſtinctione fideicommiſſi pure relicti & ſub conditione. Licet enim pendente conditione valeat alienatio & dominium transferatur, qui ante conditionem impletam fiduciarius hæres debitor videri non poteſt, *arg. l. 108. d. V. S.* Nec fideicommiſſarius actionem, quam inſtituat, habeat *l. 213. eod. tit.* ea tamen eveniente retro omnis alienatio irrita eſt, quæ interim facta erat, adeò ut res alienatæ adverſus quemcunque detentorem vindicari queant. Carpz. *d. l.* Gail. *2. obſ. 137.*

 num.

*num.6.* Dn.Præſes *Juriſprudent.element. diſp.19. th.9. in fin*: Gudel. *d.jur.noviſſ.2.cap.10.verb.excepta.* Perez. *ad C. d.l. n.8.* Rittersh. *ad Nov. p.6. c.9.n.5.* Exceptio tamen eſt, nec ab Imperatore noſtro abſurda declaratur alienatio rerum fideicommiſſo gravatarum (1) quæ fit ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias, quando ſcilicet alias liberi dotem vel donationem propter nuptias conſequi non poſſent *Nov.39. cap.1.* Brunnem. *ad autb. res quæ C. comm. d. legat.n.2.ſeqq.* Covarr. *3. reſol.6. n.10* Menoch. *4. præſumpt.189.* (2) quæ fit ſtudiorum gratia, quia quæ communiter omnibus proſunt, ſingulorum utilitati præferenda ſunt, & ſic alienatio permittitur *dict. autb. res quæ C. d. tit.* ſtudia autem totum illuminant mundum *autb. habita C. ne filius pro patre.* (3) quæ fit propter alimenta. (4) Legitimam, (5) pro redimendis captivis, (6) rebus quæ ſervandæ ſervari nequeunt, (7) ob æs alienum à teſtatore contractum ſolvendum, & quæ ſunt aliæ exceptiones, de quibus videſis Gail. *d.l.* Carpz. *d.l.* Rittersh. *d.l.* Renn. *d.l.* Magnif. Dn. Struv. *S.J.C. ex.36. th.40. ſeq.* Wiſſenb. *adſſ.2. diſp.7. th.17.*

## CONCLVSIO XIV.

*Per abſurdum erit mutua petitione induci, ſcilicet ut ab altero partem alienatam quis petat, cum partem ſuam alienando perdiderit.*

### DECLARATIO.

HÆc aſſertio ſororio quaſi nexu cum priori jungitur. Quod enim in priori generaliter & in theſi dictum eſt, non habito reſpectu, ſitne expreſſe prohibita à teſtatore aliena-

alienatio fideicommiſſi, necne, illud præſens concluſio ad ſpeciem & hypotheſin transfert, Brunn. *ad l. ult. C. comm. de legat. n. 22.* Fundatur *in l. 77. §. 27. d. legat. 2.* ubi quæſtio eſt, quid juris ſit de caſu uti expreſſe facta eſt prohibitio de non alienando fideicommiſſo extra familiam, ſi quibusdam ex familia interdicta alienatione fideicommiſſum relictum ſit; & vero hac non attenta excepto unico cæteri omnes ſuas partes diſtrahant? Reſpondet Papinianus: Hic unicus cæterorum partes integras petet, adjecta tamen limitatione, modo cæteris alienantibus conſenſum non adhibuerit, cum hoc pacto abſurditas exinde reſultet, quod is, ex voluntate teſtatoris quid petere poſſit, qui eidem non paruit, Zœſ. *ad ff. ad SCt. Trebell. n. 74. ſeq.* & qui pœnam petit extra omnem culpam eſſe debet. Gothofred. *ad d. l. 77. §. 27. d. legat. 2. lit. E.* Vel quæ Papiniani dictio eſt: per abſurdum erit, petere ab altero partem alienatam qui partem ſuam perdidit. Quod autem dictum eſt, quod proximus in familia vindicare poſſit, rem ſine conſenſu à reliquis cohæredibus fiduciariis alienatam in tantum procedit, ut etiam filio contra patrem alienantem hæc vindicatio concedatur, teſte Magnif. Dn. Struv. *d. l.* & Rennem. *d. l. lit. A.*

## CONCLUSIO XV.

*Abſurdum eſt, negotiorum geſtorem iſtarum rerum nomine, quæ culpa ipſius accedente interierunt, quicquam conſequi.*

### DECLARATIO.

Conſtat, regulariter negotiorum geſtorem non præ-

ſtare caſum fortuitum. Nam apertiſſimi juris eſt, quòd in genere de caſu fortuito nemo teneatur *l.5. C.d.pign. act. l.13. C.mand. l.23.ff.d.R.J.* Zanger. *d. except.3.cap.23. §.1.* Cum ratio naturalis dictitet, caſum, quia eſt extra hominis potentiam, ſemper impunitum eſſe, Hillig. *ib. cap.6. lit. A.* Quodcunque autem de genere prædicatur, de ſpecie quoque ut verum ſit neceſſe eſt, *l.79.pr.* ibi: *perinde eſt, quaſi ſinguli ff. d. leg.3. l.147. d.R.J.* Sunt tamen plurimæ exceptiones, quibus negotiorum geſtor, à caſus fortuiti præſtatione immunis non eſt, quos late enumerat Brunn. *ad l.22. C. d. negot. geſt.* Perez. *ad C. n.4. eod.* Harum in numero collocatur, ſi geſtoris culpa caſum fortuitum præceſſerit Richt. *Deciſ.81.n.47.* teſte Cajo in *l.22. ff. d. neg. geſt.* qui hac ratione movetur, quod abſurdum ſit, quempiam negotia alterius gerentem, quicquam conſequi iſtarum rerum gratia, propter quas condemnandus erat. Quæ JCti aſſertio adeo vera eſt, ut etiam locum habeat (1) ſi caſus fortuiti facto & culpa domeſticorum contingat, Theod. *colleg. crim. c.2. aph.14. lit. C. num.5.* (2) Si geſſerit quis negotium propter periculum ab ipſo domino intermittendum *l.11. ff.d.neg.geſt.* Rennem. *juriſpr. Rom. Germ. membr.3. diſp.30. th.16.* Limitatur tamen Caji opinio, ut ſaltim negotiorum geſtor caſui fortuito propter culpam obnoxius ſit, ſi illa ad hunc ordinata ſit, h.e. caſus fortuitus immediate ex culpa oriatur, Gail. 2. *obſ.22.n.7.*

CON-

Digitized by Google

# CONCLUSIO XVI.

*Ridiculum & abſurdum eſt levioris conditionis eſſe eum, qui vi capit, quam qui clam amovet.*

## DECLARATIO.

Ἀντολεξεὶ hæc ab Imperatore Juſtiniano *in pr. Inſt. d. vi bon. rapt.* ita recenſentur verba, quorum ſenſus feliciter ut penetretur probe notandum eſt (1) quod per vocabulum ridiculum abſurdum ſignificetur prout tradit Gothofred. *ad l. 13. d. noxal. act. lit. D.* Conſ. Wiſſenb. *ad ff. 2. diſp. 30. §. 3.* (2) quod furum alii ſint improbiores ſ. atrociores *pr. Inſt. d. vi bon. rapt.* Raptores vulgo Germ. Räuber dicti, alii fures non adeo improbi, quos ſimpliciter ſine appoſito fures appellamus. Illi vitæ periculum offerunt, hi pavore & metu pallent. Illi magis communem reipublicæ ſtatum lædunt quam hi, dum violenter rapiunt, delictumque publicant, hi vero clam ſubtrahunt & delictum celant *l. 2. §. 24. ff. d. vi bon. rapt.* Furtum tandem tollit voluntatem per ignorantiam, rapina, per violentiam Ungep. *Ex. 13. q. 9. in Aſ6.* Arumæus *ad ff. diſp. 24. th. 9.* Vinn. *ad pr. Inſt. d. vi bon. rapt.* Ut proinde non Apollinis magis verum atque hoc reſponſum ſit: Abſurdum eſt levioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet. Unde Jure merito gravior pœna ſcilicet tripli, ſive comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſive non indiſtincte ſtatuta eſt *pr. Inſt. d. vi bon. rapt.* Idque ideo, quia Prætori non videbatur ſufficere actio furti nec manifeſti, Strauch. *diſp. 19. th. 10.* Quin imo in poteſtate actoris eſt velitne actione vi bonorum raptorum uti, an vero furti manifeſti aut nec manifeſti, ſi vel



Digitized by Google

deprehenſus in delicto raptor eſt *l. 80. §. 3. d. furt. §. ult. inſt. d. vi bon. rapt.* vel non deprehenſus *l. 52. §. fin. ff. d. furt.* Ungep. *Ex. 13. quæſt. 9.* Rennem. *Jurispr. membr. 3. diſp. 47. th. 86. lit. B.* Hillig. *15. cap. 30. lit. D.* Bronchorſt. *4. Aſſ. 74.* Taceo, quod manifeſtus raptor non ſaltim privato judicis, ſed & actione de vi privata *l. 3. d. vi publ. vel privat.* ſubjaceat, cum rapiendo publicum delictum committat, *l. 2. §. ſi in rem 24. ff. d. vi bon. rapt.* Zœſ. *n. 4.* Perez. *ad C. num. 5.* Franzk. & Vinn. *ad pr. Inſt. eod. tit.* Conf. Dn. Struv. *Ex. 48. th. 49.* Adde, quod moribus hodiernis pœna raptorum ſit ultimum ſupplicium P. H. O. *art. 126.* & in ſpecie capitis amputatio. Schulz. *Synopſ. Inſt. d. tit. lit. A.* Cephal. *1. conſ. 57. num. 22.* licet res modica ſit, Carpz. 4. *cap. 35. d. 4.* Limitatur vero prædicta concluſio (1) in Chriſtiano bona Judæi aut pagani rapiente, quo caſu actio vi bonorum raptorum eſt in duplum, confectum ex re & pœna *l. 62. C. d. pagan.* ibique Brun. (2) In jure Saxonico, ubi Dominus rei ablatæ ſaltim ad ſimplum agere poteſt. Richt. *Dec. 96. num. 115.*

## CONCLUSIO XVII.

*Abſurdum eſt, meliorem eſſe publicanorum cauſam, quam cæterorum damnum inferentium.*

### DECLARATIO.

ULpianus *in l. 1. §. 4. d. publ. & vectig.* movet quæſtionem, in adverſus publicanos illicita vectigalia vi extorquentes præter ordinariam ex Edicto Prætorio competentem actionem damni injuria dati, vi quoque bon. rapt.

vel

vel furti actio inſtitui poſſit? Simulque affirmantem ſequitur ſententiam, rationis vice concluſione hac annexa: Abſurdum enim eſt, publicanorum injuſtorum meliorem eſſe conditionem, mitioremque pœnam quam cæterorum damnum inferentium & furum, Zœſ. *d. t. n. 2.* Perez. *ad C. d. vectigal. & commiſſ. n. 9.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 39. th. 43.* Præprimis quia vectigal per vim extortum in ſpeciem rapinæ incidit. Bachov. ad Treutl. *2. diſp. 18. th. 8. lit. C.* Extenditur autem prædicta aſſertio & ſpecialiter attendenda eſt, (1) ſi pauperibus extorta ſint vectigalia, Roland. à Valle *vol. 1. conſ. 66. num. 22.* Conf. Gail. *d. Arreſt. cap. 9. num. 20.* Richt. *Dec. 70. num. 67.* (2) in hodiernis præfectis, Magnif. Dn. Struv. *d. l.* Imo (3) ut vectigalia illicite exigentes, *L. Jul. de ambitu* & de vi publica teneantur, Mynſ. *cent. 5. obſ. 29. n. 3.* (4) pro re nata ejuſmodi publicani extra ordinem *l. 9. §. 5. ff. d. publ. & vectigal.* aut etiam (5) capitaliter *l. 5. C. d. vectig. & commiſſ.* Brunn. *ad L. ult. C. Vectigal. nov. inſtit. non poſſ. n. 3.* vel (6) exilio puniantur *l. 4. C. d. t.* Ceſſat vero hoc abſurdum, nec actione ex Edicto Prætorio cum communibus furti aliisque ſupra dictis actionibus experiri licet (1) Si alius, qui non eſt ex familia publicani, deliquit, *l. 1. §. 5. verb.* proinde *ff. d. public. & vectig.* (2) ſi ignorante Domino Servus deliquit *l. ult. §. 6. ff. eod.* (3) ſi adeptum à publicano reſtituatur *l. 1. §. 4. l. 5. pr. ff. d. tit.* Add. Brunn. *ad l. 2. C. ex quib. cauſ. infam.* (4) Hæ actiones non dantur contra hæredem publicani *l. ult. §. 13. d. tit.* (5) Quibusdam in locis actiones vi bonorum raptorum furti & aliæ hoc caſu competentes mutatæ ſunt in mulctam pecuniariam & pœnam extraordinariam. Wiſſenb. *2. diſp. 15. th. 23.*



Digitized by Google

# CONCLVSIO XVIII.

*Abſurdum eſt rerum turbari officia & præcipue Clericis, quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint eſſe diſceptationum forenſium.*

## DECLARATIO.

ITa Juſtinus Sacratiſſimus Imperator *in l. 23. C. d. teſtam. & l. 41. C. d. Epiſc. & Cleric.* loqui amat, à quo ne latum unguem diſcedit jus canonicum *in can. 29. cauſ. 11. quæſt. 1. & tot. tit. X. ne cleric. vel monach. ſecul. negot. ſe immiſ.* Ubi ſciendum eſt, negotium ſeculare ſtricte dictum illud eſſe, quod ad Rempubl. mundanam & ſeculares homines pertinet. Definiente ita Abbate apud Ungep. *ad decret. dict. tit.* ſed in genere & ſine omni differentia clericis prohibet, ne hujus mundi h. e. ſecularibus implicentur negotiis, conf. Rittersh. *d. diff. jur. Civ. & Can. in proœm. verb. fuerant.* Imo nec jus divinum aliter ſentit, vid. *2. Timoth. 2. verſ. 3. & 4.* Ut igitur abſurdum evitetur, abſtineant neceſſe eſt (1) à tritura fori ſeu litigiis forenſibus *cap. unic. X. d. Synd. l. 17. cum avth. C. d. Epiſc. & Cleric.* Unde nec Procuratores alterius nomine extra Eccleſiam eſſe poſſunt, Tuſch. *lit. C. concl. 381. num. 7.* Nec aſſeſſores Cameræ exiſtere Rennem. *jurispr. membr. 4. diſp. 4. th. 40.* (2) arceantur à feudis, ita ut iisdem non ſuccedant, vid. *Conſt. Sereniſſ. Elect. Sax. Auguſti p. 3. conſt. 28.* ibique Carpz. *d. 1. ſeq.* quinimo licet feudum accipere poſſint *2. F. 40. §. fin.* hoc tamen cum grano ſalis intelligendum eſt, ſi ſcilicet Dominus Feudi non ignoret eorundem conditionem. Alias enim feudum revocare poteſt *2. F. 3. §. 1. verb.* perſonam vero (3) à tutelis, ſi ſcilicet Monachi ſint. *Nov. 123. c. 5.*

avth.

Digitized by Google

*auth. presbyteros C. d. Epiſc. & Cleric.* Ritterſh. *ad Nov. p. 8. cap. 1. n. 4.* (4) Ab exactione publicorum vectigalium & conductione poſſeſſionem alienarum, *dict. Nov. 123.* Gudelin. *d. jur. Nov. lib. 6. c. 7. verſ. non ſolum.* (5) A mercaturis & commerciis, Tuſch. *d. l. n. 9.* (6) In tantum ab his omnibus abſtinere debent, ut etiam pœna extraordinaria & ademptio muneris delinquentibus parata ſit, *d. l. 17. C. d. Epiſc. & Cleric.* ibique Brunn. Tam abſurdum autem non eſt, ſi Clerici ſecularibus interſint negotiis, ut non detur exceptio. Ita ceſſat abſurditas (1) In Clericis, qui non ſunt mere privati, ſed inſimul publica authoritate aſſumti v. g. Archi-Epiſcopi & Abbates. Reinking. *d. R. S. & E. 1. cl. 4. c. 9. num. 26.* (2) In cauſis Eccleſiaſticis, ubi Clerici procuratores eſſe non prohibentur *per cap. 16. X. de judic.* Richt. *ad cap. 6. X. d. teſt. & atteſt. n. 33.* qui tamen honeſtius eſſe putat, ſi Clerici munus procuratorium aliis relinquant *arg. l. 187. d. R. J.* (3) Mercimoniæ quoque à Clericis licite exercentur, ſi propriæ facultates non ſuppetant. Tuſch. *d. l. n. 9.*

## CONCLVSIO XIX.

*Satis abſurdum redire ad hoc, cui renuntiandum quis putavit, & cum deſperavit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare.*

### DECLARATIO.

Ita ad literam ſonat aurea Juſtiniani glorioſiſſimi Imperatoris deciſio *in l. 11. C. d. reb. cred.* Poſtquam enim antea revocata ante acceptationem juramenti delatione conceſſerat deferenti teſtibus aut aliis probationibus pro-

bare, addit reſtrictionem, & præſcindit viam redeundi ad juramentum, ſi forſan probationes deficiant, Vinn. *ſelect. jur. quæſt. 1. c. 42. verſ. ad primum.* Hahn. *ad ff. d. jur. jurand. n. 9.* Nicol. *proceſſ. p. 1. c. 41. n. 2.* Idque ex ea ratione, quam præſens indicat concluſio, quæ ſatis abſurdum pronuntiat, redire ad id, cui renuntiatum eſt. Quæ abſurditas conſiſtit (1) in eo, quod alias ludificarentur judicia, Zœſ. *ad ff. de jurejurand. n. 36.* (2) protelarentur lites, & (3) crebra variatio levitatis eſſet. Brunn. *ad d. l. 11. C. d. t.* Perez. *n. 27. eod.* Buſ. *ad l. 38. ff. d. jurejurand. n. 4.* Extendunt autem DD. Juſtinianeam hanc conſtitutionem, ut non ſolum (1) procedat ante præſtitum, quod ab actore deferebatur juramentum, ſed etiam eo præſtito & à reo acceptato Moller. *ad Conſt. Elect. p. 1. conſt.* 14. *n.* 4. *ſeqq.* Carpz. *in proceſſ. tit. 11. art. 1. n.* 134. (4) ut etiam juri Saxonico conſentanea ſit per **Landr.** *2. art. 11.* add. König. *in proceſſ. cap. 66.* Coler. *p. 1. deciſ. 123. n. 8.* Limitatur *d. l.* 11. nec locum invenit, ſi plane nulla ante probationem ſuſceptam facta ſit juramenti delatio, Brunn. & Vinn. *d. l.* Hillig. *ad Donell.* 24. *l. B. C.* Carpz. *p. 1. conſt.* 12. *d. 3.* Berlich. *p.* 1. *concl. 29. ſeqq.*

## CONCLUSIO XX.

*Qui per ſententiam ſolvere juſſus, intra quatuor menſes non ſolvit de jure civili ad præſtandas uſuras centeſimas uſurarum compellendus non eſt, ne inde abſurdum & inelegans ſequatur.*

### DECLARATIO.

Effectus ſententiæ poſt alia in hoc conſiſtit, ut producat

cat actionem & exceptionem rei judicatæ *l. 4. in pr. d. re jud. tot. tit. ff. d. except. rei jud.* Zanger. *d. except. part. 3. cap. 17.* Treutl. *p. 2. diſp. 23. lit. F. & G.* Hillig. *lib. 22. cap. 5. & lib. 27. cap. 2.* Actio non ſolum id continet, in quod reus condemnatus eſt *l. fin. §. 1. C. d. uſur. rei jud.* ſed & quandoque uſuræ centeſimæ i. e. 12. pro centum in eandem veniunt. Perez. *ad C. d. uſur. rei jud. num. 5.* Nam ſi quis per ſententiam juſſus ſolvere intra quatuor menſes (quod tempus Græci *τὴν τετράμηνον* vocabant Hillig. *d. l. lit. C.*) ſententiæ non paruerit, *per l. 2. C. d. t.* ad centeſimas præſtandas, una cum ſorte tenetur, Rittersh. *ad Nov. p. 3. c. 9. num. 5.* Zoeſ. *ad ff. d. re jud. num. 153.* Quod Juſtinianus Imperator de uſuris ſortis tantum intellectum vult, non vero de uſuris uſurarum *l. 3. C. d. uſur. rei jud.* ex ea ratione, quod abſurdum ſit hoc in caſu uſuras uſurarum admittere, cum regulariter & in genere uſuræ uſurarum exigi non poſſint *l. ult. C. d. uſur. l. 26. in pr. ff. d. cond. indeb. l. 15. ff. d. uſur.* Carpz. *p. 2. c. 39. d. 19. num. 1.* Sunt enim acceſſio *l. 12. C. d. uſur.* Acceſſio eſt accidens. Accidentis autem non eſt accidens. Richt. *Deciſ. 74. num. 82.* Accedit, quod etiam ideo abſurdum ſit, ſi debitor duplici gravaretur onere dum non tantum ſortem, ſed etiam uſuras centeſimas, eorumque uſuras ſolvere cogeretur. Brunn. *ad d. l. ult. C. d. uſur. rei jud. n. 3.* Limitationis loco addi poterit, quod hæc abſurditas hodie non metuenda, cum arbitrio magiſtratus relictum ſit, quo tempore exequi velit, nec amplius quatrimeſtri ſpatio abſtringatur. Gud. *d. jur. nov. 4. c. 16. verb.* plane imo ipſa præſtatio centeſimarum reſpectu moræ ſolvendi, quod per ſententiam dictatum eſt, penitus in foro exulat, eique mulcta pecuniaria

ſurro-

Digitized by Google

ſurrogata eſt, teſte Wiſſenb. *1. diſp. 42. th. 11.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 44. th. 16.*

## CONCLVSIO XXI.

*Abſurdum eſt, ut quod recte factum eſt, ex eo, quod tunc non erat factum, poſtea mutetur.*

### DECLARATIO.

FUndamentum & ſedes hujus concluſionis eſt Nov. 66. ubi Juſtinianus Imperator perpetuo Auguſtus teſtamentis ità proſpexit, ut ſi eorundem conditores novas de illis promulgatas conſtitutiones ignorantes, ſolennitatum ſubtilitates non obſervarent, intra duos menſes ignorantiam hanc tuto prætendere, ultimasque ſuas voluntàtes ſartas & tectas ſervare poſſent. Conf. Rittersh. *ad Nov. p. 6. c. 1. n. 11.* Matth. Steph. *ad d. Nov. 66. num. 8.* Ne autem ſine ratione quicquam conſtitutum videatur, verba præſentis concluſionis ſuæ annectit ſanctioni. Factum autem poſtmodum eſt, ut propter rationis paritatem, communi DD. conſenſu, quod de teſtamentis hac in parte diſpoſitum erat, ad actus quoque inter vivos traheretur. Amplicatur igitur (1) concluſio, ut generaliter & in univerſum omnis nova conſtitutio ſeu lex obligandi vim non exerat ante lapſum duorum menſium à die publicationis ſeu promulgationis. Buſ. *ad l. 26. ff. d. LL. n. 4.* Cujac. & Steph. d. l. Philip. 1. *Eccl.* 11. Hieronym. Treutl. *vol. 1. diſp. 1. th. 5. lit. B.* Etenim omnes ad ſcientiam obligat ſubditos *l. 9. C. d. LL.* & ſic promulgatione opus eſt. Treutl. d. l. Steph. *de Jurisdict. 2. p. 1. c. 7. n. 350.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. Diſſ. 3. th. 3.* ibique Myler. Idque adeo, ut ante pro-

promulgationem improprie talis ſit. Patet hoc inde, quia lex tanquam norma & regula actionum humanarum ante applicationem dirigere nequit. Applicatio autem fit per promulgationem. Perez. *ad C. d. LL. n. 21.* Adde, quod promulgatio pertineat ad differentiam legis ſpecificam, qua differt à conſuetudine, Menoch. *459. num. 29. & conſil. 670. n. 33. ſeqq.* Unde fluit, quod & hæc ipſa cum ſufficiente temporis latitudine intelligenda veniat, ita quidem, ut ad totius ſocietatis civilis ſcientiam pervenire queat. Dn. Strauch. *de ſtatut. à ſumm. Princip. th. 33.* Alias ſubditi obedire non poſſunt, & perinde eſt, ac ſi non tenerentur, vid. *cap. 1. d. conceſſ. præbend. in 6to. verſ. nec obſtaret*, dum nunquam cognoverunt, cui, aut ad quid teneantur, ceu tradunt Thom. Hobbes *in Element. Philoſoph. d. cive cap. 14. num. 11. ſeqq.* Rennem. *Jurispr. Rom. Germ. in proleg. Diſp. 6. th. 3. lit. D.* Accedit, quod fieri nequeat, ut legis promulgatæ notitia in momento ad omnes transeat. Imo ſi non certum poſt promulgationem ſpatium concederetur, ſequeretur, eos ſaltim per recens latam conſtitutionem ſeu legem obligari, qui eandem cognoverunt; non etiam alios ignorantes. Quod tamen legis naturæ adverſatur, quæ generalis eſſe debet, & univerſalis, omnes in Republica viventes obligans. Menoch. *2. Arbit. Jud. quæſt. caſ. 185. n. 7.* Zoeſ. *ad ff. d. LL. n. 12.* Ut proinde in omnibus novis conſtitutionibus & legibus abſurdum ſit ante præfinitum lapſum bimeſtrem quicquam mutari, quod ante rectum factum erat. Ampliatur (2) & procedit concluſio *de Jure Saxonico, vid. Reſolut. Gravam. in verbis finalibus*, ibi: Von dato der beſchehenen Publication innerhalb zweyer Monath den Anfang zu machen. Philip. *d. l. num. 16.* Ampliatur (3) de Jure

 Cano-

Digitized by Google

Canonico, juxta quod conſtitutio ſedis Apoſtolicæ, omnes, qui ſubſunt, intra duos menſes à die publicationis abſtringit per *cap.* 10. *X. ne cleric. vel monach. ſecul. negot. ſe immiſc.* ibi: ut niſi intra duorum menſium ſpatium. Add. Ungep. *ad Decretal. d. conſtitut. n.* 9. Zœſ. *n.* 43. *eod.* Licet Buſius *ad d. l.* 26. *ff. d. LL.* in Gallia aliud ſervari & conſtitutiones Pontificias ſtatim à tempore promulgationis obligare afferat. Limitatur autem (1) concluſiones, abſurdum eſt, novam conſtitutionem etiam ante lapſum duorum menſium effectum & vires obligandi ſortiri, ſi brevius tempus nominatio lege comprehenſum ſit. Sic in *Nov.* 58. tempus trium menſium *Nov.* 116. *cap.* 1. triginta dierum *cap. cum ſingula* 32. *de prabend. & dignit. in* 6. unius menſis à die ſcientiæ definitum eſt. Limitatur (2) in privilegiis & indulgentiis ſeu conceſſionibus ſpecialibus. In quibus ſufficit, ſi illi noverint, quibus conceſſa ſunt *cap.* 1. *de conceſſ. præbend. in* 6. Limitatur (3) à Cujacio *ad dict. Nov.* 66. & Gudelin. *de Jure Noviſſ. lib.* 5. *cap.* 2. *verſ. ſed utrum.* & reſtringitur ita, ut *Nov.* 66. ſaltim eatenus procedere videatur, quatenus duo illi menſes ad allegationem ignorantiæ proſunt, non vero intelligatur ita, quod lex publicata citius non obſtringat eum, ad cujus notitiam pervenit. Verum Buſius *d. l.* hanc reſtrictionem admittere non videtur, propterea, quod licet dictæ Novellæ ratio ſit præſumta civium ignorantia, ſanctio tamen generalis & mens ejusdem ſit, legem demum valere poſt publicationem elapſo menſe ſecundo. Limitatur (4) à Menochio *de Arbitr. Jud. Quæſt. Lib.* 2. *caſ.* 185. & Perez. *ad C. de LL. num.* 21. qui dict. *Nov.* 66. de Principis ſuperioris conſtitutione, non vero de particulari intellectam volunt, quippe quæ à die promulgationis ſolenniter facta eſſe

præ-

præſumatur, *arg. cap. cum qui de R. I. in 6.* Sed hæc ſententia Gudelino *d. l.* non arridet ex eo, quod par utriusque ratio eſſe videatur, Conf. interim Phil. *d. Eccl. 11. num. 13.* Sed cum nemo teſte Grotio *d. J. B. & P. 2. cap. 16.* abſurda velle credendus ſit, abrupto diſſertationis filo; ne, dum ampliſſimam hanc & integro tractatu vix abſolvendam materiam aliquot theſibus concludere coner, abſurdum intendere videar. Interim

DEO TER OPTIMO TERQVE MAXIMO
ſit Laus, Honor & Gloria!

## POLITISSIME VOGELI!

QUoniam veriſſima Democriti ſententia eſt: *omnes labores otio jucundiores eſſe, quando illa conſeqvuntur homines, quorum gratia laborant, aut conſecuturos ſe ſciunt.* Non poteſt non labor tuus improbus, quo mentis opes quæris ſplendentisque lucri corradis acervum, mercesque, quas fert Themis, opimas affectas, ut hisce laudem & optima quæque lucreris, eſſe jucundiſſimus. Hactenus enim Tibi, *amiciſſime Vogeli*, non labor, ſed voluptas fuit ſubſellia Doctorum premere, variisque ſcientiis paſcere animum. Et ſane, uti armati milites ad curſum præcipue aſſuefaciendi ſunt ut majore impetu ad hoſtem percurrant, ut loca



Digitized by Google

opportuna celeriter occupent, ut ad explorandum alacriter pergant, ut fugientium terga facilius comprehendant; ita in togatis ſtudium & vigilantia merito requiritur, ut ars & exercitium præſtet victoriam. Hoc, quod agis, Amice perge agere; rectam inſtas viam. Labores hi Tibi, me ſponſore, plus offerent lætitiæ, quanto majore robore præcedente ad ſcientiam pervenitur; Vigiliæ quippe, honoribus, præmiis, ſplendore decorantur. Vale.

ROMA VITTORIO EMANUELE

TVI

*amantiſſimus*

PRÆSES.

Digitized by Google